OLAI
A.
SIL.


Vacandum Studiis.
Ex Bibliotheca
VALENTINI SCHLIEFF
Gedani.

Henrici Nicolai.

1. Gymnasium Logicum repetitum
2. Exercitatio de Cognitione humana universa.
3. Tr. de Esse alicubi seu Ubicitate.
4. Pro methodo Trinitatis aliisq materiis Apologia.
5. Quadrigatus expensus seu Consideratio quadrigae quaestionum de Syncretismo nonnemini Wittebergae emissae.
6. Exercitatio de Prudentia Theologica.
7. Exerc. de Obedientia tam Civili quam Spirituali.

D. O. M. A.

PRO

METHODO TRINITATIS

alijsq; materijs,

APOLOGIA,

Sive

EXERCITATIO

APOLOGETICA.

Adversùs insulsas quorundã Calumnias, perversiones, & imposturas.

Veritatis, Antiquitatis, priscæq; in fide simplicitatis gratiâ suscepta, & necessitate extorta.

Vindicatis Patrum & Scripturæ testimonijs, & ex ipsis Lutheranis quandoq; illustratis,

Præmissa Sylloge variorum erratorum & inaccurationum Cujusdam, plenius adornata, atq; in Quadrigato factum.

AUTHORE

HENRICO NICOLAI,

Phil. & Theol. Profess. emerito.

Amsterdami. Literis Fablianis.

Anno à partu Virginis,

M DC LVII.

NOBILISS. AMPLISSIMOQ;
VIRO
DN. CAROLO RAMSAYO,
Civi Elbingensi primario, & p. t. Urbis Prætori dignissimo. Amico singulari,
S. Et à DEO pacis benedictionem.

QUod non futurum credidi, Vir Amplissime, Ut Methodum de Trinitate olim Nomini tuo sacratam defendere necessum foret; Id modò factum vides. Necessitati honestè pareri ajunt. Ante triennium ab mendace Timagene arrosa fuit. Mihi ante trimestre demùm rapsodiæ notescere ceperunt. Dudùm aliàs responsa ad eas vidisses, & rem ipsam excussam defensamq; probavisses. Nunc facio, calamumq; adversus improbum Perversorem lacessitus stringo; Errores, commenta, furores ejus, repræsento. In suâ ad Consiliarios Saxonicos dedicatione scripta mea Ariano ac Arminiano veneno referta esse, monstrosè mentiri ausus fuit. Quibus mei non notitia, pro vero arripiant. Ego Atheæ projectæq; frontis imposturam f. 36 37. noto, Sentinam mendaciorum in me deoneratam scripto hoc repurgo. Nullum proprij dogmatis ex illis in meis ostendet. Fingere ac pervertere, multum à demonstrare diversum est. Nihil ad rem agit, qui mendacium suum scutum posuit. Errata non una Mentientis in Sylloge hac detersa sisto. Innoxiæ veritati, quà parte furiosi Corybantes incurrunt, manum supposuisse, *& Quadrigato, & Apologiâ hac*, æquum æstimavi. Nec quæsitis è longo Patronis in scripto niti volui. Rectà ad Illum eundum censui, qui Methodum ipsam promptâ animi lubentiâ suscepit. Nec dubitatio distringit, eadem necessariam ejus tutelam Eum aut admissurum, aut probaturum. Facere id te rogo, Vir amicissime, ac Coeli protectioni cum familiâ & Urbe, Cuius Prætorem merito tuo agis, commissum, diu in his temporum furoribus felicem persistere exopto. Gedani. 4 Calend. Novemb. Anno 1657.

A. T.

Addictiss.
Henr. Nicolai, P. P.

LECTORI CHRISTIANO Et erudito S. Et pacem Christi.

OMnia dedit, *Lector Christiane*, qui se DEO ejusq; vero dedit. Omnia perdidit, qui se mendacio dedit. De eo aliqua deducendi necessitas hoc Tractatu existet. Effroenem calumniam obruere coactus sum, ne se veri loco appararet. Cœlo teste dicam, quàm ab hoc scribendi genere libentiùs abstinuissem? Cum nullo in particulari rixari unquam destinavi. Quotusquisq; hæc intelligit, aut curat? Sed frequenter etiam inconcessa præsumere cogimur. Cum per infrunitos hostes quietis degere non conceditur. Inde disputandum, inquirendum Quod benè creditur, probandum. Quod malè objicitur, confutandum. Quod iniquè pervertitur, remonstrandum. Facere adversùs maledici hostis, *Cal.* ausa cogor. Hoc anno *Quadrigam* Wittebergæ extrusit, Cujus mendacia in Quadrigato detexi. Ante triennium *Arminismi Considerationem*, ut video, extulit, In quâ C. *3.* Methodum meam de Trinitate adortus, confutare annixus est. Armis usitatis procedit, mendacijs, calumnijs, perversionibus. Athea quædam mendacia *t. 27. 37.* noto. Quemvis ex propriâ Confessione judicandum censet, Ut *t. 34.* adduco. Pessimè in me servasse hic ostendo. Ex obliquo etiam, & contra alios agendo infestat, Non justo veroq; agmine. Quod prævideri solet, caveri potest. Inde Scriptum hoc mihi natum, & *Apologia pro Methodo Trinit.* adversus Ejus & aliorum detorsiones esse cogitur. Simùl *errata Ejus alia*, Philos: & Theol. passim occurrentia præmitto. Optârim Priùs Arminiana ejus vidisse In Quadrigato meo, quæ ad me, jam confutationem habuissent Nunc paucis abhinc mensibus demùm visa. Eò refutandi moram non sinistrè interpretaberis, LECTOR, Cum sine meâ culpâ videas. Contra Arministas scripta si laudem habeant, nec invideo alienæ gloriæ, nec obtrecto. Quæ contra me, fallacia, turbata, detorta pleraq;. Discerpit continuata, pervertit multa, verba immutat, *t 53* Innoxia quandoq; flagitiosâ interpretatione corrumpit: Jejunè sæpiùs respondet, Calumnijs intercurrit, ipsis Lutheranis adversùs incurrit, & Arianismi postulat, ut *Tractatio* docebit. Nihil ad Solidum tali modo ducturus est. A me responsa habere vix merebitur. Quadraginta annis in literis versato mihi utilioribus studijs meliores horas impendere, justum putabitur Post tanta

spatia

ſpatia altiùs in multa penetraturum me confido, quàm novum è Morungâ Cenſorem. Quid ſentiam, publicè dare non verebor. Philoſophus, Theologus fui, Profeſſorem egi, priusquàm de rixoſo nomine mihi auditum. Sereniſſimus Elector Brandeburgicus, GEORGIUS WILHELMUS, auguſtæ memoriæ, Et Illuſtriſſ. Cattorum Princeps GEORGIUS, gradum Doctoratus Theologici ſuo ſumpto ante vicennium mihi obtulerunt. Gratiam Principum agnovi, gradum abnui. Haud facile libertatem vendidi; Et ſectis juramentis illigari nolui. Nondùm pœnitet, etſi magnorum Principum gratiam ſubindè revoluam. Talem à *Calov.* de ſcriptis meis cenſionem ſtatuendam augurari potui. Sed ne ipſo Cenſore me opus habere credat, aut mendax judicium curare. Seniores Theologos olim in Germaniâ mihi notos præferri oportuit. Juniores illis inferiores, & multum impares video. Non omnibus placere cupio. Hoſti eiq; ſimilibus diſplicere in laude pono. Aut virib. addat, aut animis demat, ſi ſolidè progredi velit. Modeſtiùs non agens, pro meritis dolatus abire, & effroenis calamus compeſci poterit. Quanquam cum quovis furioſo ſerrâ ſemper reciprocare non attinet. Mirari Wittebergam ſubijt, quid ibi edatur, velut ſtertentem, non advertere. Tàm impotenter in innoxios, & de ipſo Lutherismo per annos 26. prolixè meritos, bacchari ferre, tàm propudioſum Perverſorem in officio alere. Eſto, ad moderatiora partes revocare intendam. Quos precibus ſeriò ſe DEO commendare D. Hulſemannus ait, Ut in *Quadr.* citavi. Cauſa eſſe queat, ut ſectam non ampliùs defendam: Solam priſcam Chriſtianam fidem asſeram ac reſpiciam. Si non ubiq; ad communes modos procedo, cauſas habeo, ac ſcriptis iam deduxi. Alij ante me fecerunt, & non ſeveriùs acceptũ. Diverſos diverſa iuvant, dum fundamentum teneatur. Structurarum Varietas æterna manebit, nec ad unam ideam omnia conformabimus. Donec ad viſionem Cœli admisſi fuerimus, de quâ *Gregorius M. L. 3. Moral.* Illic apertè hoc videbimus, quomodo & unum diuiſibiliter tria, & indiviſibiliter tria ſint unum. In quo finio, Eiq; Uni in trib. *Chriſt. Lector*, ultimis his temporibus ex animo commendatus vale, ac pro Nobis apud DEUM precare. Gedani, 3. Calend. Novembris. Anno 1657.

PRO

METHODO TRINITATIS ET ALIIS,

EXERCITATIO APOLOGETICA.

I.

QUæ ad fidem moresq́; Christianos pertinent, in Scripturâ *V.* & *N. Test. universa sufficienter continentur. Indagari tantum, erui, & repræsentari studiosè cupiunt, ac è divite penu adq; usus quæq; suos pro perfectione Christianâ depromi debent. Utilis Scriptura est ad docendū, arguendum, corripiendum, erudiendum in justitiá, Ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus,* 2. Tim. 3. v. 16. *Unde & dogmatum spiritualium veritas tantùm ex eâ probanda & asserenda veniet. Facit tamen vel dissentientium vafrities, vel mortalium contentio, ut & expositiones, & terminos ad errores deprehendendos aut convincendos adhibere cogamur.*

2. *Rectè olim ab* Hilario *dictum:* Sufficiebat quidem Dei sermo, Euntes docete omnes gentes, &c. *Sed hæreticorum vitiis compellimur inconcessa præsumere. Horum igitur infidelitas in anceps nos periculum pertrahit, ut necesse sit aliquid ultra cœleste perscriptum proferre,* L. 2. d. Trin. *Inde variis terminis res sacras exprimere coacti sumus.* Sed modus tamen, finis, & ratio tenenda, *ne ob terminum aliquis facilè reprobetur, aut hæreticus proclametur. Qualiter, quousq́;, quo fine, quamdiu termino utendum, adverti par est. Ad tempus usurpatus fieri potest, ut omitti deinceps satius sit, quàm adhiberi. Id termino hypostasios*

 Hiero-

Hieronymi *tempore contigit, sub quo veneni aliquid latere putavit* ep. 57. ad Damas. *Unde* Græci *pro hypostasi deinde* προσώπȣ *vocem in Trinitate usurpaverunt.* Multa renascentur, quæ jam cecidere cadentq; , *Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet usus, olim* Horatius de arte Poët. *cecinit. Idemq́; primus credendorum articulus de DEO & Trinitate, ut hodie in scholis traditur, experitur, qui terminis Metaphysicis & Philosophicis ubiq́; perstrepit, quem ad priscam simplicitatem reduxisse fortè haud paulò utilius in Ecclesiâ fuerit. Quo de in* Methodo Trinitatis *mihi monitum. In quo inprimis id pensi habitũ, ut ad primam antiquitatẽ & veritatem ille reduceretur, resectis, quæ incurrerent, superfluis curiositatibus aut rationis scrutiniis. Ad credendum, non disceptandum, ille in sacris revelatus censendus est. Non potui omnibus ita satisfacere, quin invenirent, quod roderent. Inprimis* Calovio *visum, sibi Censuram de eâ sumere, & errorum ac detortæ Veritatis* in C. 3. Arminismi sui *postulare. Necessitas inde mihi data Tractatum defendendi, posita asserendi, Vetustatis testimonia vindicandi, quæ obelo configere molitus est. Facio CUM DEO* hac exercitatione, *dum prius in* Calo. erratis propriis, *Philosophicis & Theologicis*, *diducendis aliquid operæ, quod me facturum promisi*, quadr. t. 2. 8. *insumpsero.*

3. In Quadrigato *erratorum ejus Syllogen quandam brevibus exhibui* t. 2. 3. seq. *Jam telam, quam cepi, pertexam, & ex* Philos. ac Theologicis *inaccurationes ejus sistam. Ut dum in amicorum vitiis tàm cernat acutum, Quàm aut aquila, aut serpens Epidaurius, Et sua pervideat oculis mala lippus inunctis, & sibi contrà evenire videat, inquirant vitia ut sua rursùs & illi, ut* Horati. l. 1. sat. 3. *loquitur. In* appendice Syncret. d. pers. Ch. s. 1. q. 9. *absolutum vocis Mundi positum omnes homines in sacris, non electos vel reprobos, notare ait. Falsum id esse varia loca docebunt.* Rom. 4. v. 13. *Ut esset Abrah. hæres mundi, ubi terra Canaan intelligi-*

tur

tur. Joh. 12. v. 19. *Ecce mundus totus post eum abijt, ubi populus Judaicus & habitatores Palæstinæ intelliguntur.* C. *14.* v. *31.* *Ut cognoscat Mundus, quia diligo Patrem, h. e. Credentes in Mundo.* Ut Flacius p. *1.* clau. voc. Mundus, *explicat, etsi alij usitatum significatum de omnibus hominibus retineant, ut* Gerhardus harm. C. *176.* alijq;. C. 7. v. 4. *Manifesta teipsum mundo, hoc est Judæis in mundo,* v. *3.*

4. Ibidem f. *4.* q. *1.* Copulam est tropicam esse posse negat. *Sed infirma argumenta pro eo adducit, nec inter copulam solitariè per se sumptam, & prout cum prædicato materiali coalescit, ejusq; velut particula evadit, distinguit, quod hic necessariò distinguendum esse* d. 8. Log. t. 5. 6. *monitum fuit. Posteriore modo tropum eam sustinere posse negari non potest, Ut, Herodes est vulpes, tyrannus est leo, toga est pax,* V. t. *15.* *Ubi totum hoc, esse vulpem, leonem, pacem, tropicum respectu subjectorum, quibus tribuitur, est. Et magni Scriptores Lutherani etiam eam pro significat poni posse concedunt,* I. Martini d. 4. d. deit. Chri, t. 104. seq Brochmandus L. C. d. Cœnâ, C. 2. q. 16. Wirtembergici ap. Borichium prodr. resp. soli. C. 2. t. 230. Et ex Veteribus Augustinus c. advers. leg. l. 2. C. 6. Thomas in 1. Cor. 10. v. 4. Glossa decr. d. Consecrat. d 2. C. 48. Ex. Pontificijs Costerus C. 8 fol 7. Tapperus art. 13. alijq;. Bellarminus *in explicatione vocabulorum ordinariè* τὸ *est pro significat poni concedit, tropum tamen in eo negat,* l. 1. d. Euchar. C. 10. *Quod & de locis parabolar. & similitud. censet* C. 11. Rationes a. Calov. *à particulæ est communitate, copulæ conditione, Verbi substantivi munere, troporum remotione, exemplorum inductione, &c. omnes imbecilles sunt, & potiùs contrarium ex illis educatur, Ut in* auctariis quibusdam disp. Logicarum dictum *est,* & alibi *plenius expedietur.*

5. In præcogn. Theolog. Scriptis C. 7 t. 2. *doctrinam relativum quid esse dicit, à Theologiâ autem absolutè citra relationem*

Theo-

Theologos nos denominari. Sed *confundit relata secundùm dici & esse. Doctrina in se absolutum quid est, Notitia in mente docentis, vel actio docendi & informandi alium, Cui respectus ad eum, qui docetur, adjacet, & sic in prædicam. Vel qualitatis vel actionis est, Ut notitiæ esse solent, habitus vel dispositiones, aut ut actiones informandi aliaq́ sunt, Ut verberatio, dealbatio, institutio, &c. quibus omnibus respectus ad sua verberata, dealbata, instituta adjacet, sed illa entia primò & in se absoluta sunt, actiones & exsertiones in suos patientes directa, Nec ullus doctrinam primò in prædicam. relationis collocavit.*

6. In Encyclop. Mathem. p. 549. Musicæ Objectum *facit Numerum quâ sonorum & cantilenam harmonicam, ut communiter solemus. Si adæquatè tamen consideretur, inadæquatè ab utraq́ parte.* Nam nec Musica *appellanda ea disciplina Mathematica, quæ sonum contemplatur, Non enim solum Musicum sonum repræsentare debet, sed audibile & sonum in universum, s. Musicus, j. non Musicus, sed potiùs* Acustica vel Auditoria dicenda, *quomodo Neotericis appellari video,* Voetio l. 2. biblioth. Th. C. 18. Mersenno Op. d. sonis. *Hæc enim latior Musicâ, Cum & sonus non Musicus sit & inharmonicus, harmonicus a. in Musicâ spectetur, Unde Musica velut species & pars aliqua Acusticæ sit:* Nec sonus harmonicus & cantilena *præcisè adæquatum objectum Acustices esse possit, Cum sonus longè latior sit harmonico, qui in Musicis spectatur, & extra harmoniam etiam esse possit, ut in clamore, pulsu, serratione, casu, campanis, tormentis, echo seu repercussione, Cujus omnes affectiones, modos, species, explicare debet disciplina, quæ audibile vel sonabile vat sonum in genere in Mathematicis repræsentare debet,* sed sonus in universũ, sive harmonius, s. inharmonicus, sive simplex s. reflexus & repercussus, ut in Echo, *Plenè enim* Acustica *objectum suum repræsentare debet, non ex parte tantùm. Prout* Optica *omne visibile, non proportionatum solùm, sed & improportionatum, Et* Geometria *non figuram tantùm regularem, sed & irregularem plenè repræsentat, & id facere debet.*

7. In Methodo Logicâ p. 134. 174. Et præcog. Th. C. 7. t. 3. Et p. 1. Inst. Th. C. 1. t. 1. Et Gnostol. p. 2. C. 1. *Inter habitum theoreticum & practicum nullum medium dari, sed contradictoriè opposita esse, & immediatè se excludere ait.* Sed *compositi habitus universi theoretica & practica simul involuunt, ut Philosophia, Ut* Coron. Log: t. 10. *ostendi,* Theologia *similiter, quam Compositum habitum & velut spiritualem Philosophiam magna Theologorum pars facit,* tàm è Papistis, *Ut* Thomas, Hervæus, Capreolus, Gabriel, Valentianus, Vasquius, Canus, Tannerus, Pererius, Smiglecius, *quàm* Lutheranis, ut I. Martini, Meisnerus, Brochmandus, Scheiblerus, Sledanus, & Reformatis, ut Alstedius, Waleus, Maresius, Molinæus, Bergius, Cameron, Wollebius, alijq; *Nec sine ratione, si natura objecti totalis & adæquati, & finis ex ejus naturâ resultans, & perfectionis à Theol. exspectandæ inq; hominem inferendæ aliaq; spectentur, Ut latiùs* p. 1. Præcogn. Th. C. 2. t. 19. deducam, *Et ex parte* in Cor. Log. t. 10. 11. *dixi.*

8. *Nec satis* inter medium per negationem extremorum, *ut habitus sit nec theoreticus nec practicus, qualem habitum* Averroes, Zimara, Thomas, Niger, Colonienses, Lorinus, Smiglecius d. 2. Log. q. 4. alijq; *Logicam faciunt, talem dari rectè negatur, & negavit jam olim* Calixtus epit. Th. p. 3. 4. Wegerus q. 1. proem. Log. num. 4. & alij, Et participationem distinguit, *quod objectum speculabile & agibile simul aggreget, & in totali complexu repræsentet. Tale quid ad minimum Philosophiam esse fatendum est, ejusq; exemplo manifestè dissentientes revincuntur.* V. t. 9. *Theologiam simile quid esse in* præc. Th. *docebo. Malim a. habitum compositum vel aggregatum vocare, quàm mistum, Cum vera objectorũ mistio hic nulla sit, sed distinctè utrumq; objectum repræsentetur, Ut in* Comp. Log. & Curs. Phil. d 2. *monui.* Nec vera Contradictio *inter theoreticum & practicum, sed*

inter theoret. & non theoret. est, Ut theoreticum in infinitum negetur, nuspiam sistatur, non determinatè practicum ei contraponatur. In eo enim vera Contradictionis Natura, Ut d. Contrad. p. 1, t. 50. seq. *dixi.* Contraria oppositio sive *adversa magis inter theoret. & practicum est, ut inter virtutem & vitium, sanitatem & morbum, habitum animi & corporis, si hic propriè habitus est, animal rationale & bestiale, Corpus & Spiritum, simplex & mistum, Calorem extremum & medium, & similia est.*

9. Ibidem & alibi habitum compositum mirè abominatur, *ut impossibilem, Contradictoriũ, inconsistentem,* UtGnost. c. 1 Meth. Lo. Inst Th. c. l. Et Metaph. spec C. 4. t. 10. *Sed vel unica* Philosophiæ *exemplo convinci potest, quam vel ex habitibus disciplinaribus excludere cogitur, quod absurdissimum, Cum principalis post Theologiam facultas sit, ipsi Juridica & Medicinæ objecta ac principia suppeditans, adeoq; illis superior. Ut* ipse Met. Spec. tr. post. a. 2. C. 8. *concedit, Vel habitum mistum s. compositum necessariò concedere, Cum ad simplices absurdè reducturus sit, Ut olim* in Cor. Log. *ostendi, & pleniùs in* præcog. Theol. *deducam, refutatis omnibus ejus rationibus insufficientissimis, quibus contra talem habitum tricatur. Hoc modo* Philosophiæ analogam Theol. censeã, *eoq; & eam velut compositũ habitũ dicam, partim sapientiâ, part. prudentiâ spirituali constantẽ, Ut magni Viri ante me censuerunt, longè* Calovio *superiores,* t. 7. *quos tutò sequi licebit. Et velut alij* spiritualem eam Medicinam *faciant, nec absurdè: Ita ego cum alijs velut* spiritualem Philosophiam faciam, *intellectũ simul & voluntatem spiritualiter perficientem, & ex perfectione velut compositâ, quam infert & intendit, rectè Compositum habitum dicã, Ut in* præc. Th. *ostendã.* P. 327. Met. Log. *in habitus explicatione inquirendũ docet, an habitus imp. an perfectus sit. Sed habitus imperfectus reverâ* σιδηρ ξύλον *& non habitus, verùm dispositio est, habitus complementi & perfectionis vox est, Ut* quadrig. t. 3.
nota-

notatum. P. 12. Methodum *Logicæ effectum esse negat. At omnis notio Logica ejus effectum est, & intellectus poetici Logicâ directi & adjuti. Et sic consequenter Logica. Ita Ipse notiones secundas per actum intellectus efformatas media praxios Logicæ esse ait* p. 198. *Methodus a. notio Logica est, ut patet, & in Logicâ tradi debet, Ut* Ipse *concedit* p. 9. 13. *Et Logica per analogiam ars aliqua est, non propriè. Efficere ergò cogitur. Quid, nisi notiones suas Logicas, ut Grammatica Grammaticas, Poëtica Poeticas?* Ratio Cal. *insulsa est. Non enim effectus habitus practici poëtici per analogiam poëtico respondentis extra eum est, ut noemata Gram. & Poëtica in illis habitibus, non extra sunt, etsi practici moralis effecta extra eum sint, ut actus temperantiæ, justitiæ, extra Ethicam, quod ille distinguere non didicit.*

10. P. 15. 25. 31 43. Methodum ad media tertiam operationem dirigentia *spectare ait. Si tertia operatio* discursus sit, *ut communiter sentitur, falsissimum id esse patet, quòd omnes operationes Logicas, primam, sec. & tertiam Methodus dirigat, Cum omnes confusione in tractando peccare possint, Non ad solam tert. operationem spectet, sed ad omnes, & communis velut modus omnium operat. sit, ut* I. Martini aliiq; *loquuntur, &* in dis. Log. 16. *monui. Ad media omnes operat. dirigentia spectat, sed post tertiam oper: proponi solet. Unde rectiùs* Ipse p. 27. 31. *finem adæquatum methodi ait præceptorum dispositionem & resolutionem, quæ tàm in operat. 1. quàm 2. & 3. Logicâ esse possunt. Et* p. 29. *distinctè Nos per methodum res apprehendere & facile servare ait. Apprehendere a. ad 1. operat. Log. pertinet.* P. 244. negat, Ethicam, Polit. & Oeconomicam tres distinctas prudentias, sed unum *specie habitum, qui in partem generalem & specialem dividatur, esse ait. Hoc ex Naturâ objecti specialis, diverso considerandi modo, & fine earundem distinctissimo falsissimum esse* dec. 3. Misc. d. 1. ostensum. P. 245. Scholasticam ex Phil Practicà *omittit. Ego ex naturâ peculiaris objecti practici distinctè scibilis, distincto consideran-*

di modo, ac peculiari fine ab aliâ disc. Practicâ non exspectando, distinctè eam in practicis repræsentari debere d. 12. Curs. Phil. *ostendi.* Ibidem virtutes intellectuales æquivocè virtutes esse contendit, *propriè solas morales tales esse. Si hoc verum, E. cum heroas in intellectualibus dicimus, ut* Scaligeros, Aristoteles, Salmasios, Tostatos, *æquivocè tantùm heroes illi erunt, non propriè. Heroica enim virtus propriè talis est, unde heroẽ denominamus. Quod communi usui contrarium est, Ubi heroas in utroq; genere, Intellectuali & morali virtute, agnoscimus, & heroem semper à virtute aliquâ denominamus. Quicquid facultatem hominis in bono perficit, ac principium bonitatis firmum in homine est,* generali virtutis nomine *propriè designatur. Intellectuales a. habitus intellectum omninò perficiunt, Ut intelligentia, sapientia, scientia, &c. Jure ergò virtutes nominantur. Et hoc* Aristoteles 1. Nicom. C. 13. L. 2. C. 1. L. 6. C. 2. seq. L. 1. Mag. Mor. C. 35. Et passim *tradit.* P. 332. actiones in naturales, morales, & artificiales *dividit, ac* spirituales *in totum omittit, Ut DEI invocatio, adoratio, sanctorũ Papist. invocatio, spiritualis hymni decantatio, gratiarũ actio, creditio, sabbathi celebratio & festorum, eleemosynæ erogatio, & similes, quæ æquè actiones finitæ & prædicamentales sunt, ac naturales & morales.*

11. P. 20 in practicis disciplin. finem & subjectum, in quod introducendus ille, *præcognosci debere ait. At illa non præcognosci, sed ex professo &* principaliter cognosci *in illis debent, Cum tota practicæ disc. tractatio fine, subjecto, & mediis absolvatur, & si finis omittatur, tota discipl. tractatio manca & hiulca futura sit.* Velut si in Ethicis *finem omittas, aut obiter saltem tradas, in Oeconomicis finem prætermittas. Finis mediis vim, amabilitatem, & specificationem conciliare debet, Ut* Ipse p. 198. 203. *concedit, & ob eum inducendum tota mediorum tractatio in pract. suscipitur.*

Non

Non ergò præcognosci ille, sed primariò tradi debet. Sine præcognitione disciplina in se plena esse potest. Sed sine fine disc. practica non plena erit, sed hiulca, & potissimâ parte destituetur. Sic si finem in Theol. tantùm præcognoscas, non erit plena habitus Theol. repræsentatio. P. 165. in Physicis in doctrinâ de Cœlo Astrologiam expediri posse censet. *At hæc diversa prorsùs disciplina à Physicâ est, toto considerandi modo & fine ab eâ distincta. Cœlum considerare ut Corpus naturale, & influxum ejus specialiter secundùm omnes modos & affectiones exhibere, quod Astrologia facit, multum divertunt. Unde* Ipse *rectiùs ad Vranoscopiam eam retulit* p. 507. Mathem. P. 167. Ens in Metaphys. per subsistentiam & inhærentiam contrahi ait. *At inhærere non omne accidens exhaurit, Cum multa non inhæreant, ut actiones transeuntes & habitus adhærentes, & tamen vera accidentia. Potius per inexistentiam dicendum, Ut* L. 2. Metap. C. 2. *dictum, quæ generaliter omni accidenti competere potest.*

12. P. 169. Quod in theoreticis objectum, id in practicis finem internum esse ait. *Ineptè. Quasi practica non etiam objectum habeant, ipsam praxin, quam distinctè & plenè repræsentare debeant ratione finis & mediorum ad eum facientium, sed super nihilo fundata sint, Ut nihilum tractare debeant.* Rectiùs Ipse *basin omnium, quæ in disciplinâ traduntur, Objectum esse asserit,* Gnost. p. 1. C. 6 Et meth. Log. p. 87 Et p. 126. *Ubi & eò etiam, quæ mediorum more ad illud spectant, revocanda ait, quod in practicis disciplinis fieri solere novimus.* Et p. 202. *considerationis objectum generale & omne id esse ait, in quo pertractando disciplina occupetur, s. directè, s. per habitudinem ad directum, & in Practicis subjectum operationis, finem & media comprehendere dicit. Ita & Practica ergò objectum suum habere necessum est, ne de nihilo tractare censeantur. Sed agibile illud est, non merum speculabile, ut in theoreticis. Et finium istorum diversitates in disciplinis objecta diversa faciunt, unde fines illi dependent, & in quibus fundātur, Ut in* Cor. Log. t. 10.

 dictum

dictum. P. 28. veritatem acquiri & possideri disciplinis instrumentalibus absolutè negat, *& principalibus adscribit. Sed non negari potest de veritate rerum notionalium, ut Logicarum, Grammaticar. Poeticar. Eas instrumentalib. habitibus, Logicâ, Gramm. Poëticâ, acquiri & possideri.* Nulla enim alia disciplina de earum veritate quidquam tradit, quàm ipsæ. *Quare hic inter veritatem rerum strictè ita dictarum, & notionum secundarũ distinguendum fuit. In utrisq; veritas aliqua est. Illarum à principalibus, harum veritas ab instrumentalibus disciplinis haurienda erit.* Ipse p. 39. *notiones secundas ad themata realia communi significatione dicta revocat, ut notant omne id, quod voci subest vel eâ notatur, s. reale sit, s. intentionale. Cur non & veritas aliqua talibus thematibus competens in illis sit, quæ in instrumentalib. habitibus repræsentetur?* P. 40. notiones secundas non tàm cognosci, *quàm intellectum in cognitione facilitare ait. Hic iterùm mala oppositio aut sequestratio inter cognosci, & intellectum facilitare instituitur. Quasi & hoc non cognoscendum sit, si facilitare debeat. Primùm formari talia noëmata ab intellectu oportet, quod* Ipse p. 198. *concedit. Si formari, utiq; cognosci. Si in cognoscendo facilitare debent, utiq; cognosci oportet, quæ, qualia, & quot ea sint aut esse debeant, quæ facilitare debeant.* Subordinata *hæc sunt, non opposita.*

13. In Cosmographia p 474. Op. Phil. Cœlum supremum firmamentum esse ait, non *fictitium quoddam Empyreum, & cœlum stelliferum suo ambitu omnia mundana corpora concludere. Parum memorem se hic* Lutheranarum hypothesium *ostendit, per quas supra firmamentum & cœlum stellarum aquæ supracœlestes collocantur, Ut eæ potius, & sic cœlum aqueum supremum sit, & omnia Mundi corpora ambitu suo comprehendat. De quo latius* d. Ess. alicubi l. 4. t. 11. 12. *egi, & ex* Reformatis *quosdam hypothesin illam assumere ostendi, ut* Sohnium, Junium, Schönfeldium, Lud. Crocium, *atq; è* Pontificijs *etiam* Mendozam *consentientem*

habet d. 3. d. Cœl. ſ. 3. *Supremũ mundi Corpus non Cœlum ſtellatũ aut firmamentum, ſed aqua ſupercœleſtis eſt ex Lutheran. hypotheſi, quam nec ignorare, nec ſubvertere* Calovij *fuit, qui tantũ Lutheriſmi Zelũ præ ſe fert, & ſuper alios cenſurã ſibi ſumere conatur.* In Architectonicâ p. 545. Et p. 163. Meth. Log. *Architectonicam ſpecialẽ vel ſagatam & militarem, vel togatam & civilem facit.* Ineptè Civilem Militari *opponens, quaſi hæc etiam non civilis ſit, & ad civilem vitam ſpectet. Togata militari propriè opponitur, non Civilis, quæ utramq; complectitur. Aedificium civile ſacro oppoſitum vel togatum, vel ſagatum, pacis vel belli eſt. Hic oppoſitio quadrat, non ibi. Utrumq; enim civile eſt.*

14. In Noologiâ C. I. t. 1. & 5. Objectum ejus affinitatẽ rerum facit, non *ipſum primum principium. At hoc tamen propriè per principia ſua, affectiones, & modos ſ. ſpecialiores conceptus adæquatè per totum habitum repræſentatur, quod proprium objecti diſciplinaris eſſe ſolet. Sic Corporis Nat. in Phyſicâ, Spiritus in Pneumaticâ, Numeri in Arithmeticâ, Entis in Metaphyſicâ.* Affinitas *vel principium cognoſcendi primi principij, unde eruitur illud, vel modus aliquis in eo eſt, ſub quo in hoc habitu illud repræſentari debet, non adæquatum objectum.* Nec argumenta ejus *in contrarium valent.* 1. Quòd tota *propoſitio ſit, quæ in nullo habitu diſciplinari objectum. Non enim ſub hoc formali hic repræſentatur, ſed ſub ratione termini alicujus complexi, Ut Numerus ſonorus in Muſicâ, linea viſibilis in Opticâ, Corpus ponderoſum in Staticâ. Quæ ſi eruere ac definire velis, integro enuntiato opus habebis. Sic hic primum principium,* Ut verum aliquod in generaliſſimâ rerum affinitate fundatum, *indeq; erutum ac repræſentatum, præſcindendo ab integro enuntiato vel non enunti. Etiamſi ubi ſpecialiter deduci debeat, toto enuntiato ad illud opus ſit.* Et qui affinitatem ponunt, *primum princip. implicare tamen coguntur. Nam objectum faciunt,*

quà prima principia inde eruuntur. Et sic etiam totam propositionem involunt, & sic eadem difficultate premuntur. 2. Quòd primú princip. in alijs disciplinis principium sit, *Ut Metaphysicâ, quæ è primis principijs affectiones suas de objecto demonstrat. Tale quid a. nequeat adæquatum objectum in disciplinâ esse.* Hoc enim nec de disciplinâ speciali & particulari valet, *Ut Numerus est principium in numero sonoro in Musicâ, linea in lin: visuali in Opticâ, & tamen Numerus objectum in Arithmet. Linea objecti pars in Geometriâ est, Minus de Universali & generalissimâ urgendum, qualis* Intelligentia. Deinde *primum princ. est principium in Metaphysicâ, sed demonstrandi & deducendi tantùm, non constituendi objectū, Non enim ens constituit in Metaph. Sed de eo probari tantum aliqua facit. Omnes disciplinæ ex primis principijs tandem demonstrant, & ad ea ut irrefragabilia suas probationes reducunt. Alicubi ergò ea repræsentari oportet. Nullibi fit, nisi in Intelligentiâ. E. hic loco objecti esse oportet.*

15. C. 25. Metap. gen. t. 4. signatum de signo nec propriè, nec tropicè, adeoq; nullâ ratione prædicari posse ait. *De tropicâ prædicat. falsissimum hoc. Signum filij hominis* Matt. 24. v. 30. *est ipse Christus,* Luc. 21. v. 27 *Ubi Christus de signo Chri. prædicatur, quod fatetur* Brochmand. L. C. d. leg. C. 7. q. 5. *Etsi sibi non constans* ἐπέχειν *arripiat* L. C d. extr. judic. C. 1. s. 7. *Cum togam dico pacem, fasces imperium, per metonymiam fieri* Hutterus L. C. d. Coen. C. 1. q. 5. p. 714. b. *fatetur. Flammæ in ore Apostolorum sunt Sp. S.* Act. 2. *H. e. sunt signa Sp. S. agitantis & insidentis Apostolos. Agar & Sara sunt 2. Testamenta.* Gal. 4. v. 24. *H. e. Signa & indicia eorum in allegoriâ velut præsentata. Agar est testamentum in servitutem generans, h. e. Signum ejus allegoricum. Septem vaccæ 7. anni ipsi.* Gen. 41. v. 26. *Pro, signa & indicia eorū. De imagine Cæsaris, Pompeij, Augusti, dicitur, Is est Cæsar, Pompe-*

jus,

jus, *Augustus, pro imago & pictura ejus, quæ signum & repræsentatio eorum. Idem de picturis brutorum, arborum, Id bos, leo, Cancer, Canis, abies, cedrus, rosmarinus est, &c. De filio Patri simili, Hic filius est ipse Pater, pro, expressa imago & similitudo ejus. In his omnibus signata de signis tropicè prædicantur, vel metaphoricè, vel metonymicè, vel quomodocunq;.* In Metaphys. speciali C. 4. pr. 7. *qualitatem eandem in diversis simul esse posse asserit, si conjuncta sint, & pro exemplo proprietates Verbi in Christo Carni ob unionem competentes, & vitam animæ Corpori communicatam adfert.* Non advertens, *Verbi propria nec qualitates, nec accidentia, de quibus ibi ex professo agit, realiter à Naturâ Verbi diversa esse, sed quà rem ipsam ipsum esse DEI & Verbi esse, Ut si tota plenitudo Deitatis Verbi non inhabitaret in carne Christi corporaliter, illa verbi attributa carni reverâ communicari non potuissent.* Similiter *nec vitam ab animâ Corpori communicatam qualitatem aut accidens esse, sed actum primum substantialem Corporis vivi, quo formaliter illud vivum est, à quo postea demùm qualitates & accidentia fluant, ut sensus, motus, & similia, Ut pluribus* dec. 2. Misc. d. 9. *ostensum. Vivere viventibus est esse & substantia, Non qualitas aliqua & accidens,* Arist. l. 2. d. an. C. 4. t. 57. Conf. t. 33.

16. In Metaph. gener. p. 1. C. 11. t. 5. dependentiam diversum numero esse, & ab *alio posterius essentialiter esse requirere ait.* Utrumq; falsissimum *esse attributa divina à DEO, entis ab ente, animæ humanæ ab animâ, Spiritus à Spiritu dependentia demonstrant, Ubi unũ numero esse nihil absurdi est, & plurib.* in Meth. Trin. t. 39. *ostensum.* Deinde *nec essentialiter posterius semper requiritur, sufficit, si in nostro conceptu alterum ab altero manare tantùm intelligatur. Ut ens & attributum ejus, Spiritus in genere, ut & DEUM comprehendit, & attributa ejus, res & rei modi in Metaphys. Ut* ibi *pluribus docetur, Et* Calo. *ipse concedere cogitur* p. 2. Inst. C. 6.

C. 6. t. 1. *Anima & ejus modi, Causalitas, finitudo, Necessitas, &c. Vt c. 1 dictum.* *Et* Philosophi omnes *terminum dependentis latissimè usurpant, Vt ex eorum scriptis patet,* Theologi *similiter, ut c. 1. quosdam allegavi.* In eadem Metap. c. 1. Et in disp. d. depend. q. 3. negat filium DEI à Patre dependere dici posse. *Ego varios è* Lutheranis & aliis *allegavi,* Chr. Matthiam, Botsaccū, Elerum, Tummium, Feluvingerum, Alstedium, alios, *qui sic loquantur,* Meth. c. 1. *Jam ex* Luther. Brochmandum L. C. d. Patre, C. 2. q. 3. Et de Sp. S. C. 2. q. 8. Neuufeldium d. 1. Meta. spec. Can. 2. *Cum Censurâ facultatis editâ addo, qui Spiritum S. modo quodam mystico dependere ait, &* Kesslerum *citat* è l. 1. Met. spec. Phot. t. 2. *Qui tamen de termino dependentis nihil habet.* Scharfius d. 13. gen. Meta. *dependentiam in genere respectum unius ad alterum cum relatione ordinis posteriorum ad prius dicit.* Philosophi *dependentis voce latè utuntur, Vt è* Scharfii, Scheibleri, Mendozæ, Svaretzii, Arriagæ, Castanei, aliorum *Scriptis apparet.*

17. Ipsum etiam Calovium *in hanc rem allegabo,* DEVS *in agendo aliquâ ratione dici potest dependere à Creaturâ & ordine, quem sibi ipsi præscripsit in agendo, ait* C. 14. Meta. gen. t. 5. *Si DEVS à Creaturâ dependere citra absurditatem dici potest, Cur non filius DEI à Patre suo dependere dicatur? Naturale est, Cujus veritas ab intellectu divino pendet generaliter & latiùs, depend. convenientiæ. Et DEVS ipse ens naturale est, siq; ab intellectu suo pendet,* ait C. 19. t. 3. Et C. 33. ac disp. d. depend. *fatetur, dependentiam latissimè à Philosophis usurpari.* Imago *respicit originem & dependentiam, latè accipiendo term. dependentis, ut explicat Lychettus, ait* Idem C. 26. t. 3. *Filius a. DEI dicitur imago Patris,* Col. 1. v. 15. Heb. 1. v. 3. 2. Cor. 4. v. 4. *Dependere ergò à suo Patre cogitur.* Dependens dici potest, quicquid esse alteri debet qualicunq; modo, *aut quicquid essendi modum ab alio communicatum quocunq; modo habet,*

five ante ſecula, ſ. in ſeculo, *ſ. myſticè, ſ. naturaliter, ſ. effectivè ſ. non, ſ. eſſe creatum ſ. increatum ſit, ſ. ut eſſentialiter poſterius, ſ. non, ſ. idem numero eſſe, ſ. diverſum, ſ. prorſus incognitum ſit, hæc omnia perinde ſunt.* Dependens modum eſſendi *vel habendi eſſe dicit, ut multa alia attributa entis disjuncta modos eſſendi & exiſtendi dicentia,* ut alibi *dicam. Hoc modo filium à Patre dependere neceſſum eſt, Vitam enim & eſſe, & omnia ab eo habet, & habere fatetur,* Joh. 5. v. 19. 26. *De Sp. S. ſimile quid Scriptura inſinuat,* Act. 2. v. 17. C. 5. v. 32. 1. Cor. 6. v. 19. *Quibus Script. dictis fides credit, ſuſpenſis omnibus terminis Philoſophicis, ſi illi quadrent, ſ. minus, Quod* Calov. *ipſe fateri cogitur* c. 1. C. 18. t. 12. *Et in* Meth. Trin. *plurib. dictum. Dependet filius quà filius in DEO, Vt ſuppoſitum, non ut eſſe, quà modum habendi eſſe, non abſolutè quà eſſe, Vt* alibi *plurib. Et ſic nihil lucratur* Photiniſta, *quicquid rixetur aut crepet. Nec ob ejus tricas Nos ſtatim terminum à longo tempore multisq; uſitatum rejicere ſolemus. Quomodo terminum perſonæ non abdicamus, etiamſi in infinitum de eo tricatus fuerit* Arianus, Photinianus, Praxeanus, Tritheita, Sabellianus, *& novellus* Socinianus *rixas ſuſcitârit, quas Orbis ferè non capiat. Nemo ob id abſiſtit, ſed retinet, explicat, tuetur.* Calov. *ipſe in* Anticrellio *facit. Alios ſimile quid facientes prohibere non debet. Latius hanc rem in* peculiari de dependente Conſideratione *aliquando deducam, Vbi Editor extiterit.*

18. Theologiam præciſè habitum practicum eſſe contendit p. 7. Inſt. Th. C. 1. Et præcogn. Theol. manu ſcrip. C. 6. 7. 8. *Ego ex naturâ objecti totalis, finis adæquati, perfectionis ſpiritualis, modi ſpectandi, aliisq; rectè compoſitum habitum dici poſſe pluribus* in præcog. Theol. C. 2. *fuſè oſtendi, & Calo. aliorumq; rationes diſſolui, Vt* t. 9. *memini. Ad Objectum Theol. pertinet DEVS ex profeſſo & accuratè in eâ repræſentandus, non tantùm ut coli debet,*

ſed

sed & absolutè ratione sui in naturâ, attributis, & effectis suis. Quomodo Objectum necessarium & theoreticum est DEUS, Ut ipse Calo. *concedit* p. 2. Meta. spec. a. 2. C. 2. poris. 1. *Alia objecta sunt practica, Ut religio, cultus DEI, fides, spes, Caritas, Ut in Epit. Theol. dictum. His in habitu concurrentibus rectè habitus compositus vel aggregatus dicitur. Et sola perfectio spiritualis circa omnes materias spirituales id doceat, quæ in multis ratione accuratæ cognitionis à Theol. exspectandæ theoretici analogiam obtinet, & quæ ad principalem Theol. finem simùl pertinet, nequaquam ab eo excludi debet.* Alteram *sententiam de habitu practico etiam probabilem iudico, non absolutè reprobo. Lectoris judicio utramq; eligendam eo loco reliqui, Ut plenius constabit, quando publicè edendi ea occasio fuerit. Sed ex omnibus* Calo. *ratiunculis video, Eum fundamentaliter nunquam res illas penetrasse, omnia perreptasse, nusquam mentem in solido collocavisse.* Methodus ejus *Logica indigesta confusio & ferruminatio est. Nullum caput aut paragraphus ac thesis in toto libro distinctè est, ut si aliquid cites, nescias, ubi alleges. An hoc methodum sapit, an confusionem? Nec objectum satis præfertur, nec ordinatè ac distinctè satis pertractatur, sed per totum librum imperfectè. Exemplum tractati thematis plenum nullum est, Timuisse ab eo videtur, ut Gygis annulo, De judicio enim & scientiâ alicujus inde præsumi solet. Fragmenta & cadavera quædam reperiuntur,* E decadib. meis miscellaneis *exempla promi poterunt. Inde & methodū, & realia simùl decerpere licebit.* Metaphysica *ejus divina, ut ambitiosus gardus inscripsit, vix humana est. Prior editio semiformis partus fuit, totâ parte secundâ destituta. Potiùs nihil, quàm caput sine reliquo Corpore edidisset. Eam ex* Wegero & Keslero, Gnostologiā ex Frommio, *Intelligentiam ex* Gutkio *exscripsit. Definitiones multæ inadæquatæ & alienæ sunt. Canones non satis determinati, eoq; falsi. Longas post se limitationes ut caudas trahunt, quæ virtute in*

ipsis

ipsis Canonibus contineri debuerunt, ut in meo Compendio Log. & Metaph. *actum. Hoc Entellus videre debuisset, etiamsi nullus praivisset.* In p. 1. Instit. Theol. *Gedani editâ DEO & hominibus illusit, cum potiorem libri partem fanatica contra Calixtum & Regiomontanos molitio sub nomine Institut. Theologicar. absumat, Ut* p. 3. Iren. def. *jam monui.* Mathematica *rude & miserum σκέλεθον est, quod vix ossibus hæreat. Generalem in abstractione repræsentatâ à Nemine adhuc fuisse falsò asserit, Ut* in quadr. *monui.*

19. Adæquatum tractationis objectum in Theologiâ veram religionem facit p. 1. Inst. Th. C. 3. p. 7. *Alienè. Si enim per totam Theolog. nil aliud, quàm religio tractaretur, ejus species, modi, affectiones, principia, vel ejus finis, subjectum, & media ad finem totaliter repræsentarentur, s. theoretica disciplina, sive practica foret, quod Nemo facit, Nec* Calo. *ipse egit. Materiæ seu scibilia omnia ibi repræsentantur, quæ omnes res divinas* Meisnerus vocat p. 3. Ph. sobr. s. 1. C. 2. q. 3. t. 2. *Rectiùs res spirituales dicuntur. Peccata non res divinæ, sed spirituales sunt, & non distinctè pleneq; ex solâ naturâ innotescunt, ex professo in Theol. pertractanda sunt. Hæc omnia ad religionem quidem pertinent, ipsa tamen reli. non sunt, ut plenè in* præcog. Theol. *docebo. Religio medium ad finem* Calovio, *& qui Th. practicum habitum faciunt, est. Sed medium in disciplinâ practicâ nondum est totum tractationis objectum, sed pars tantùm ejus. Etiam finis eò pertinet, Ut in Ethicis & aliis patet, Ut* t. 11. *dictum.* Ibidem Theologiam in rudiorem & accuratiorem dividit, *eamq; divisionem realem vocat,* p. 14. *Insulsè & Theologiæ ipsi prorsùs accidentariè, Cum modum tantùm proponendi eam, non ipsum Theologiæ habitum in se dividat,* Ut in quadri. expen. t. 3. *ostendi.* Acroamaticam s. accuratiorem *in Scholasticam & Ecclesiasticam dividit. Illam in Polemicam & Didacticam. Hanc in homileticam, Casisticam, Patristicam, &c. subdividit. Eadem inaccuratione, ut priorem. Omnia hæc modos ipsi Theol. accidentales,*

quibus repræsentatur, dicunt, non ipsam Theol. Naturam in justas suas partes dispescunt. Vera Th. divisio ex Natura Objecti sui vel finis, si *merè practicus habitus ea, sumenda est. Cætera omnia accidentaria sunt, & alienas ipsius habitus divisiones faciunt. Ita vel theoretica vel practica, si compositus habitus ea, Ut* C. 1. Epit Th. *visum. Vel in partem de fine, subjecto, & medijs ad finem partienda, Ut* Ipse p. 2. Instit. C. 5. Et Meth. Log. p. 255. seq. *agnoscit, &* in Præc. Theol. p. 1. C. 7. *pluribus deducetur.*

20. Conceptum entis ac spiritus ad DEUM & Creata analogum docet p. 2. Inst. p. 504. Et in Meta. gen. C. 1. Et. spec. C. 3. 4. *Ac communiter* Thomæ *& sequacium sententia est, quæ plerumq; in Scholis admittitur, Unde eandem in* Metaph. & alibi *secutus sum. Si tamen verè & ex ipsâ Naturâ rei eminentiam essendi in DEO, & vilitatem in Creato spectemus, non absurdè tàm æquivocatio, quàm analogia in prædicatis utrinq; DEO & creaturis enuntiatis statuatur. Ad DEUM collata omnia umbra, vanitas, & nihil sunt.* Esai. 40. 41. *Et plus habet non entis, quàm entis, ut ex Platone ipse* Calo. p. 1. Meta. gen. C. 1. *concedit. Ipsi angeli, spiritus, animæ immortales, ad DEUM nihil & umbra sunt. Momento à DEO destruuntur, si velit. De umbrâ, nihilo, vanitate, & summè reali, verissimo, eminentissimo, nihil analogicè, omnia magis æquivocè dicantur. Essentia realissima & umbratica, Corpus & umbra ac imago ejus non analogoos dicuntur. Unde* Regius L. 1. q. 3. d. prædi. a. 3. Grauuerus p. 1. in Au. Conf. a. 5. C. 2. q. 2. Sadeel Vol. Op. p. 360. aliiq; *ad æquivocationem declinant,* & Cramerus disp. *peculiari Lipsiæ habitâ id astruxit.*

21. Unius vocis in unâ propositione negat duplicem significationẽ esse posse, *propriam & impropriã,* Syncret. d. pers. Chr. f. 3. append. q. 5. *Sed nec ipsum quæstionis statũ rectè formavit, Non enim de quavis propos. quæstio est, sed Compositâ, s. formaliter sive virtualiter, explicitè, vel implic. Ut sensus ejus compositus sit,*

Nec

Nec *ad rem sufficienter quæsitum expediit. In compositis unam vocẽ duplici sensu sumi notorium est. Scindite corda vestra,* (*tropicè.*) *Et non vestimenta vestra,* (*propriè.*) Joel. 2. v. 13. *Menses 4. ad messem, & ecce jam messem, Evangelij nempe,* Joh. 4. v. 25. *Adoravit populus DEUM & regem,* 1. Chron. 30. v. 20. *Prius spiritualiter. posterius civiliter.* Sed & in simplicibus *quandoq; contingere potest. Sinite mortuos, spiritualiter, sepelire mortuos suos, naturaliter,* Matt. 8. v. 22. *De peccato, victima pecc. DEUS damnavit peccatum, anomiam,* Rom. 8. v. 3. *Ad diem illum Memmius verè erat Memmius, Cicero verè Cicero, j. e. disertissimus Orator, & omnibus illis, quibus in eadem voce repetitâ intensio aliqua sensus innuitur. Ut Christiani martyres verè sunt Christiani, hoc est, Confessores, Turca, verè Turc. h. e. vastatores, Hispani verè sunt Hispani, hoc est, egeni & superbi, &c. Et Christi propositio in Cœnâ, si justè in sensum suum redigatur & resolvatur, omninò* duplicem virtute *in se habet, Discipuli Chri debent comedere panem hunc, & cum illo pane simùl Corpus Christ. comedere. Ubi nil absurdi, prius comedere proprium, posterius tropicum & spirituale esse. Quomodo omnes* Lutherani *duplicem comestionis modum in unâ voce ponunt, naturalem ratione panis, & supernaturalem ac mysticum ratione Corporis Christi. At iste modus natural. & supern. seu ut comestio naturalis & supernat. vel spiritualis habere potest, quæ est comestio propria & tropica, quod Reformatus cupit, Ut pluribus* de esu Eucharist. *dicturus sum.*

22. P. 1 Inst. Theol. p. 309. seq. 460. 465. 488. 492. 93. 502. & passim, constanter insectatur phrasin, *bona opera sunt necess. ad salutem, & simpliciter damnatam & ex Ecclesiâ proscriptam cupit. Ego abstinendum à loquendi modo dixi in Irenico, & def. ejus* p. 3 Et p.) Misc. Theol. *Quia tamen unus sensus sub illis verbis est, qui in se verus, Nempe, bon. op. su. nec. ad sal. ut conditiones & requisita subjecti ac hominis salvandi, qui sine sanctimoniâ Dominum non videbit,* Hebr. 12. v. 14. *Non ut causa, concausa, merita aut re-*

quisita ipsius salutis, non debet phrasis absolutè & omni modo damnari ac proscribi, ne aliqua DEI veritas simùl cum falso damnetur & proscribatur, quod proditor & latro veritatis DEI facit, non Christianus, Vt in quadr. t. 33. dixi: *Sed* cautè inter utrumq; extremú *hic procedendum, ne vel phrasis adhibeatur aut defendatur, quod Hornejus & qui sequuntur, Calixtus enim ab eâ abstrahit, ut* c. l. t. 13. *adduxi, Vel absolutè damnetur & proscribatur, quod* Form Concordiæ *aliíq; libri, & qui illis mordicùs adhærent, faciunt, Sed in justum sensum Logicè resolvatur, illeq; retineatur, falsus & erroneus relinquatur. Inter approbare ac propugnare phrasin, & simpliciter damnare ac profligare, medium est abstinere, non usurpare nec adhibere, neq; absolute reprobare, sed falsum à vero prudenter sequestrare. Et* Ipse in Meth. Log. p. 250 *mediijs ad finem Theol. obtinendum facientibus comprehendi fatetur, quæcunq; suo modo ad fruitionem æternæ salutis facient. At inde sanctimoniam ut necessariam conditionem hominis salvandi excludere non poterit. Unde & postea fidei operationem ratione sanctificationis considerandam ait, deq; studio bonorũ oper. in genere & specie tractari debere asserit* p. 252. seq.

23. P. 647. 658. in Latermanno reprehenditur, *quòd de meliore ac moderatiore sententiâ Reformatis gratulatus sit. At idẽ facit* D. Groshain præfat. Janitoris Theologici, *Ubi si audire se ex Reformatis impietatem illam de DEO impios faciente quotidie plures & plures abominari dicit, mentemq; exuere & linguam simùl mutare, profectò se quidem saluti ipsorum minimè invidere, quin ipsis Nobisq; adeoq; toti Christianæ Ecclesiæ de sanctâ pace & communione, & in præsentis quidem articuli, & aliorum forsan cardine propediem ita futurâ, ex animo congratulari. Quem Nemo ob id hactenùs reprehendit.* Ipse Calo. *laudat* Waleum & Lud. Crocium, *quòd vi veritatis coacti voluntatem antecedent. & consequentem agnoscant, & de peccati Causâ rectiùs aliijs doceant,* p. 2. Inst. C. 33. p. 228.
seq.

ſeq. P. 646. 647. *reprehenditur, quod* caput 9. 10. 11. Roman. *ex inſtituto de Prædeſtinatione agere dicatur. At* Lutherus præf. in iſta Capita *apertè Paulum in illis de æterna Prædeſt. docere ait, Unde originaliter fluat, quis credere vel non credere debeat. Quem unà rejicere oportebit, ſi hæc ſententia omninò rejicienda videatur. Cum a, aliquem de hac vel illâ re in aliquo capite docere dicimus, ex inſtituto eum de eâ ibi tradere intelligere ſolemus. Sic cum* C. 1. Genes. *de Creatione,* C. 3. *de primo parentū peccato,* C. 7. *de diluvio agi dicimus, ex profeſſo illa ibi tradi ac tractari intelligimus. Nec aliter communis loquendi ſenſus ſuper tales formulas cadit, Niſi de alio ſenſu aliunde conſtet.*

24. P. J. Inſt. p. 367. ſeq. *varios hæreticos ab antiquâ Ecclesiâ damnatos recenſet, qui in longè minoribus errârint, ac hodie Papiſtæ & Reformati, Ut Donatiſtas, Tatianos, Apoſtolicos, Antidicomarianos, Novatianos, Meſſalianos, Aquarios, Jovinianos, & c. Ego omnes Veteres hæreticos verè tales ab Eccleſiâ judicatos, punctum aliquod Symboli negaſſe aut impugnaſſe oſtendi in* quad. t. 19. *Et uberiùs* de fide Chriſtia. C. 5. *deducam.* Novatus *remiſſionem peccatorum pœnitentibus negavit, quæ apertè in Symbolo poſita.* Donatiſtæ *publicè ſeditioſi, homicidæ, & latrones fuerunt, Eccleſiam ſine omni labe hic ſomniârunt, Arianis filium quà DEUM Patre, & Spiritum S. filio minorem dicentibus conſenſerunt, quæ Symbolo adverſa.* Tatiani *nuptias & liberorum procreationem ut opus Diaboli damnârunt, quod palàm impium, & Chriſtum ex ſemine David natum negârunt, quod Symbolo contrarium, Cum Maria de familiâ David fuerit.* AntidicoMariani *quidam Chriſtum de ſubſtantiâ Mariæ natum negârunt, quod contra Symbolum.* Apoſtolici *ſchismaticè unitatem Eccleſiæ lacerârunt, quod Symbolo adverſum, ubi unam Sanctam Eccleſ. Nos credere profitemur, & cæteros nullam ſpem habere dixerunt, qui conjuges & res proprias poſſiderent, quod*

 auda-

audacissimè remissionem peccator. negare est, quibus DEUS eam non negat, & expresse Symbolo adversatur. Messaliani *dæmonis operationem Sp. S. præsentiam dixerunt, quod in Sp. S. apertè blaschemū est, in quem pariter ac in Patrem & filium Nos credere in Symbolo profitemur.* Aquarii *Institutionem Cœnæ substantialiter everterunt, aquam pro vino substituentes, & sic Christum dominum nostrum negârunt, quod omnes faciunt, qui Instituta ejus evertere audent, ac Ecclesiæ aliquam appendicem, quæ Sacramenta sunt, everterunt, quæ contra Symbolum sunt. Imò* Aquei *aquam DEO coæternam fecerunt ap.* August. hær. 75. *Ut Ipse* Calov. p. 2. Inst. p. 190. *allegat, & sic à DEO creatam negârunt, quod apertè contra Symbolum, in quo Creator Cœli & terræ dicitur, Ubi terræ voce aqua & reliqua comprehenduntur.* Monotheletæ *unam volunt. in Christo dicentes alteram Naturam reverâ everterunt, quod con. Symbolum.* Joviniani *Mariæ virginitatem destruxerunt, & pariendo corruptam dixerunt, quod Symbolo directè adversum, Ut ex* Augustino, Lutzemburgensi, aliisq; *patet. Cæteri, si contra symbolum aliquid non statuerunt, immeritò hæretici proclamati sunt, ut de* Johan. Hierosolymitano, Ruffino, Aerio, Quartadecimanis, Heluidio, Vigilantio, *aliisq. censeri solet, Ut* p. 3. Iren. def. Et d. Concil. t. 37. 38. alibiq; *dictum. Et omninò tardè ac cautè ad hæreticum dicendum procedi debet, Cum multa hic requiri constet, & nondum consentienter satis res discussa sit, Ut* quadr. t. 17. 18. *monitum. Unde* ipse Calo. p. 369. *Non se ea adducere fatetur, quasi omnes & singulas istas condemnationes suas facere velit, sed ut tantùm antiquitatis diversitas ab hodiernis nonnullis perspiciatur.*

25. P. 362. seq. varias rationes contra Syncretismum *religionum, rectiùs Conciliandi negotium voces, Ut in* quadr. t. 15. 20. *monui, è Scripturis converrit ex* 2. Cor. 6. 1. Tim. 6. 2. Joh. v. 10 Rom. 16. Esai. 4. Jerem. 23. Act. 15. Gal. 1. 5. & aliis, *Sed*

quas

quas omnes id non importare, quod Ipsi volunt, Nec Conciliandi negotium tale, quale Nobis intenditur, quod sublatis aut moderatis & correctis erroribus fieri debet, non retentis & defensis, tollere jam alibi satis deductum, de Concil. & quadrigato, ac alibi. P. 412. Latermanni & similiũ Syncretismũ in mutuâ *tolerantiâ situm esse scribit. At multi inter Christianos tolerantur, Cum quibus nulla Spiritualis communio intenditur aut recipitur, ut Anabaptistæ, Photinistæ, Judæi passim inter Papistas & Evangelicos etiam, quam tamen communionem subinde illis adscribere solet*, & in Inst. Th. p. 1. *passim facit*. P. 422. totam Lutheranam partem erroribus Scripturæ contrarijs addictam esse dicere, *libros Symbolicos errorum postulare esse ait. At in nuperâ syrraxi* Giessensi & Tubingensi *de Vbiquetate, Omnipræsentiâ, exinanitione, & annexis punctis unam* Lutheranor. *partem totam errorib. Scripturæ contrarijs addictam fuisse oportuit, Vtramq; enim sententiam ut Contradictoriè sibi adversam, & in terminis affirmantem ac negantem, simul veram extitisse Impossibile est. Vtraq; a. pars libros Symbolicos pro se allegavit, ut ex Scriptis patet. Et ab unâ parte ergò libros illos erroribus implicitos fuisse necessum futurum sit. Nisi utràq; pars fortè falsa fuerit, quod* Cal. *dicere non poterit, Cum jam in Saxoniâ agens Eorũ decisioni super his rebus stare & acquiescere cogatur, qui Giessensib. rem adjudicârunt, ni sede pelli elegerit*. P. 260. In Symb. Apostol. *nihil de peccato, nedum de peccato originali haberi ait. At expressè ibi remissionem peccatorum Nos credere dicimus, & sic peccata esse, eaq; varia esse, innuimus, quorum summam divisio in originale & actuale complectitur, quæ ubi Symboli verba explicantur, dextrè evolui ac deduci à scientibus oportet.*

26. P. 249. 463. 484. Calixto imputatur, *quòd Flacij errorem de peccato substantia hom. non capitalem ac damnabilem ajat* p. 1. c. Mogunt. t. 85. *At potiùs contrarium ex eo loco elicias,*

Cum

Cum vel nullum illud peccat. esse, vel DEO *ut causæ tribuendum fore, & duo rerum principia dicenda esse inde sequi dicat, quæ improbæ declarationes sint, ac capitales errores esse certum est. Authorem tamen non damnare se audere dicit, quod author talia ex suâ sententiâ consequi non viderit aut intellexerit. Secùs missameam facturus. Quod aliud est, ac errorem non capitalem dicere.* P. 537. malè *in Catalogis hæreticorum versatum dicit, qui* Catharorũ *errorem nominet, cum non ob puritatem doctrinæ, sed ob sanctitatem vitæ affectatam segreges facti fuerint. Sed errores ipsorum fuisse, homines in hac vitâ perfectos & sine labe esse posse, peccatorib. nullum in Ecclesiâ ne visibili quidem, locum esse debere, lapsos in manifesta delicta non recipiendos esse, pœnitentib. veniam peccatorum non dandam esse, Justificationem in arbitrij nostri facultate & bonis op. sitam esse, Viduas conjugiũ ineuntes ut adulteras damnandas esse, Malè acquisita non restituenda esse, ex* Augustino, Thomâ, Lutzemburg. Pontano, Alstedio, *alijs patet, Vt tam ex dogmatib. quàm vitæ puritate se segregârint. Ac Novatianorum progenies putentur, quorum errores è Catalogis hæreticorum noti sunt.*

27. P. 235. quosdam articulos fidei *Naturæ lumine cognosci dicit, & sic Symbolo Ap. immeritò accensitos articulos de Creatione, ac extremo judicio fore.* Idem a. 1. Au. Conf. c. 2. t. 56. *habet. At non eâ ratione aliquid art. fidei dicitur, quà ex Naturæ lumine innotescit, sed tantum quà ex lum. superioris gratiæ, Vt ipse non diffiteri videtur* p. 2. Inst. p. 68. 69. C. 3. *Et impium est, art. Creationis & extr. judicij ex lumine Naturæ cognisci dicere. Possibile Creationis ex Naturâ, factum ex solâ Scripturâ agnoscitur. Fide credimus aptata esse Verbo secula.* Hebr. 11. v. 3. Ut d. Not. nat. C. 3. *dixi. Extr. judicium ex solâ Naturâ innotescere Nulli satis persuadebitur. Vmbras quasdam & somnia de eo peruersè ab Hebræis & Christianis gentiles sunt nacti: Ipsum dogma solius fidei permanet.*

net, perinde ac resurrectio Carnis, S. Ecclesia Cath. Communio Sanctorum, & similia. Secùs totam fidem ex lumine Naturæ arcessere, quod Puccianum *delirium est.* P. 565. 573. calumniam illam *planè infernalem de me, & si tecto nomine, repetit, quod è Calixtinis principijs Syncretistici cum Arianis & Photinianis Syncretismum ineundum consuluerim & insinuarim, Omnesq; tandem hæreses in communionem Ecclesiæ admitti velim: Quæ omnibus suis partibus, & principia Calixtina esse, & cum Phot. Syncretismum ineundum consulnisse, aut hæreses, ut manent, non mutant, in Comm. Ecclesiæ admissas velle, Cerberea mendacia esse abunde* in quadrig. t. 9. 10. 20. *ostendi.* Ex Patrib. & Lutheranis *principia mea deduxi, nec de Syncretismo, sed an aliquid in religione conciliari cum Socin. possit, inquirendum duxi. Syncretismi nec mentio mihi, nec curatio. Contentiones imminui quantum potest, in Spiritualib. æquum censui. Hæresin ullam, ut manet, in Commun. Eccles. me admissam velle Atheum planè mendacium est, quod nunquam, sed Contrarium ejus, in meis Scriptis invenietur, Ut* c. 1. *dixi. Ut rixæ & secta minuantur, Socinistæ lucrifiant, ab errorib. suis abducantur, ad priscam & primam fidem Christianam reducantur, Ideò Conciliatio & cum illis tentatur ac instituitur.*

28. Ibidem p. 565. *me principia illa Calixtina laudare consuevisse ait. Pari mendacio, ac priora. Nunquam enim quisquam ea me laudare audierit, sed quæ Naturali æquitati, DEI Veritati, ipsiq; rei congrua animadverti, recepi, & recipere æquum justumq; censui, Ut* c. 1. *dictum. Laudare nihil opus fuit, nec ad rem pertinuit.* Simile mendacium *est, quod è Remonstrantium officinis Atheismum & Supremum illum Atheismi apicem in Ecclesias deduci* p. 572. *criminatur. Non ex illis, sed è Scripturis, antiquissimis Patrib. & Lutheranis ipsis res mea deducitur, cui si similia Remonstrantes quandoq; habent, ferri in ipsis necessum est, Ut* t. 33. c. 1. *dictum. Atheismum aut supremum Atheismi apicem hic esse, horribilis in*

primam illam & simplicisſ. Apoſtolorum fidem, quam reductam cũ Patribus, Chemnitio, Mentzero, *volumus, blaſphemia infernali igne à DEO in ſceleſtis Atheis vindicanda eſt, Ut* t. 30. 31. c. l. *plurib. dictum.* P. 355. 413. 608. 676. 682. 686. 698. reprehendit in Regiomontanis, *quod quicquid in omnib. partibus. Lutheranâ, Calu. Pontif. religione rectum, & antiquæ Catholicæ fidei ac obſervationi conſentaneum eſt, unicè amplectendum dixerint. At hoc in ſeſe veriſſimum, & ab omni ſolido Chriſtiano agendum eſt. Veritas à quocunq́ dicatur, à Sp. S. eſt, ait Ambroſius, Ut* c. l. t. 33. Et Corol. 6. *dixi. Et ubicunq́ ea reperitur, accipienda eſt, Niſi ejus deſertor & proditor audire velis, quod à vero Chriſtiano prorſus alienum. Et Olitor quandoq́ opportuna locutus, & Ipſe Sathanas vero quandoq́ teſtimoniũ dedit,* Matt. 8. Marc. 3. v. 24 Luc. 4 v. 33. 41. Act. 16. v. 17. *Quod tũ recipiendũ eſt. Quòd* P. 644. 679. *Illud novã religionẽ introducere laborare vocatur, vanũ & in ſeipſo contradictoriũ eſt. Nõ novã, Sed quicquid de antiquâ veritate ullibi reperire eſt, animadvertere, ſeligere, & colligere hoc eſt, quod Patres variè juſſerunt.* V. quadr. t. 34. 35. & Cor. 4. *Et hoc antiquam Veritatem reducere eſt, non novam rel. Per id* Huſſus & Lutherus *Papiſmum everterunt, quod detectis & rejectis ejus novitatibus, quas præter primam & antiquã fidem adjecerat, antiquam illam Veritatem reduxerint. Non dicet, Ipſos novam religionem induxiſſe. Per id omnes ſectas erroneas notari Patres jubent, quod ab antiquâ fide recedant, easq́ redarguendo ad primam fidem revocare & reducere laborant, Ut Tertull. d. præſcr. & alij, Ut in quadrig. t. 24. Et p. 4 Ir. def. t. 5. alibiq́ dictum.*

29. P. 2. Inſt. C. 2. p. 40. *articulus fidei propriè dictus animarum immortalitas dicitur. Rectiùs punctum aliquod Phyſicum ſolidè è Naturâ demonſtrabile dicitur, & quod in Scripturâ quoq́ firma fundamenta habeat, quod ut antecedens articulorum fidei, ut certum & immotum jam prærequiritur, & à Theologo recipitur, quàm accuratè loquendo articulus fidei. Quomodo & alia Phyſicalia è Scripturâ*

firma

firma sua fundamenta habent, & cum Ea in illis aliquid habet ac asserit, immotâ fide ut verum illud tenendum & recipiendũ est, & si articulum fidei propriè ob id non faciat. Ut de Unicornu, De terræ immobilitate, Ut plerisq; Theologis visum, de unicâ hominis animâ, non triplici, de traductione animæ humanæ, de fluminum origine, mari, de Mundi ortu & interitu, de quo extra Script. Physico nihil solidi constat, De avib. & piscib. ex aquis ortis, & similibus. Hic Scriptura eminens principium etiam Physicæ & Philosophorum esse potest, Cui Nemo mortalium tanquam ipsius DEI Verbo contradicere debet, & si Philosophicum principium non sit, Ut Cor. Log. t. 22. *Et alibi dictum.* Lutherus *sub illis verbis Symboli, Credo vitam æternam, animæ immortalitatem comprehendit,* T. 7. Witt. p. 127. Et assert. artic. ar. 27. *Quomodo ad art. fidei referri queat: Et Papistas exagitat, quod novo Concilio id primùm decernere coacti sint, q. multi Athei inter ipsos, illud negantes aut in dubium vocantes, versentur.* P. 51. seq. inter affectiones Notitiæ Nat. refertur Nullitas *quoad supernaturalia fidei mysteria, quòd de illis nihil noverit. Sed hæc incompetentia & negatio aliqua est, quæ veræ affectionis loco non est, quæ semper positiva habitudo & competentia est. Hoc modo & Medicinæ, Juridicæ, Mechanicæ, tribuam, quòd nulla sint in supernaturalib. mysterijs, Non enim de illis quidquam noverunt. Sic sartoria, pistoria, fullonia ars nihil de mysterijs gratiæ novit. Sed nemo hanc nullitatem artib. illis pro affectione aliquâ adscribit. Omnes disciplinæ civiles id habent, quod mysteria gratiæ ignorent. Non enim in suo Circo de illis novisse debent. Sed Nemo inter affectiones earum tales nullitates recensuit. Et qui faciat, stultè agere censeatur. Ipse tamen art. de Creatione & extremo judicio etiam Naturæ lumine cognosci asserit,* V. t. 27. *Ita Notitia Naturalis non ojo nulla in mysterijs fidei erit, Nisi mysterijs hos articulos impiè eximere voluerit, cum expressè in Symbolo ponantur.*

30. P. 23. Notitiam Naturalem de DEO connatam *post lapsum residuam per modum habitus connati homini inesse contendit. Rectiùs per modum dispositionis alicujus, quæ in habitum successu temporis roborari ac perfici possit, homini inesse, nullumq; habitum propriè dictum in bono post lapsum homini connasci dixi* d. Not. Nat. C. 2. Et *rationibus deduxi. Ac ipsa languiditas & imperfectio talium notitiarum, quam* Ipse p. 13. 51. 52. 63. *Ex Chemnitio.* & a. 1. Au. Conf. c. 2. t. 48. 72. 74. *concedere cogitur, satis per modum dispositionis magis, quàm habitus eas se habere, docere queat.* P. 61. Naturalem notitiam *sine supernaturali illuminatione inimicam DEO esse ait,* Rom. 8. v. 6. 7. *Et condemnari à DEO stultitia,* 1. Cor. 1. v. 19. 20. *Si hoc verum, quomodo Natura. notitia Veritas DEI erit,* Rom. 1. *Quam talem esse, Ipse propugnat* p. 30. *Et certam firmamq; non dubiam & intricatam esse pugnat* in Arminis. C. 1. t. 2. *An Veritas DEI inimica DEO erit, & ab eo stultitia damnabitur? Non notitia Nat. sed* φρόνημα τῆς σαρκὸς *sapientia Carnis, hoc est, hominis irregeniti, Corrupti, & impii. ut sic, inimica* DEO *est, & stultitia, hoc est, Vanitas & detorsio, accidens aliquod notitiæ Naturalis inimicum DEO est, Non ipsa Notitia in se, cujus ipse DEUS author est, Vt Ipse* p. 30. & a. 1. A. C. c. 2. t. 72. 74. 78. 79. *distinguendum docet. Secùs damnata & Sathanica esset ista Notitia, si sapientia Carnis esset. Quod in DEUM ipsum Nat. Notitiæ authorem,* Rom. 1. v. 19. *blasphemum est, Vt latiùs* Tr. d. not. nat. C. 4. *dictum.* C. 1. p. 11. seq. *DEUM ad partem de fine Theologiæ reducit. Alienè. Cum non DEUS, sed fruitio DEI propriè finis Th. sit, Vt hic* & p. 1. Inst. p. 11. 26. *fatetur* Calov. *Non a. fruitio solùm DEI, sed ipse DEUS absolutè in esse & attributis suis plenè ex professo & principaliter, tanquam præcipua & Nobilissima objecti Theol. pars, in Theol. revelatâ est explicandus, & in aliâ disciplinâ nusquam ita plenè explicari potest, Vt* t. 18. *dictum: Et aliàs vel*

præ-

praecognosci tantùm, vel prorsùs è Theol. habitu omitti debeat, quod utrumq; absurdum erit, ut pleniùs C. 2. præc. Theol. *docebitur. Et ut ipse* Cal. *insolens habet* p. 33. *circa considerationem hominis in Theol. de DEO agere, adeoq; DEVM solùm sub notione principij hominis ceu subjecti Theol. proponere: sic non minùs insolens habendum, circa considerationem finis Th. de DEO agere, eoq; eum solùm sub notione finis hominis in Theol. proponere. Cum ex professo secundùm se absolutè, principaliter, & adaequatè in eâ proponendus sit.* V. t. 38.

31. P. 7. 8. 39. pro errore Horneji notatur, *quòd articu: fidei omnes aut praecipuos Symbolo Ap. contineri dicat. At hoc verissimum est, & à plerisq;* Patribus, Luthero, ac multis Lutheranis *assertum est, Vt in* quadr. t. 30. 36. *dixi, & pleniùs* L. 3. d. fid. Chri *deducam.* P. 138. Calixto & sequacibus tribuitur, *quòd unitatem DEI evertant, dum Trinitatem sub Vet. Test. non omnibus fidelib. cognitam statuant, sicq; fideles V. T. alium DEUM invocârint, quàm Nos, unde plures DEOS sequi necessum sit.* Sed *haec aliene inde educuntur. Eundem DEVM invocârunt, quem Nos, sed obscuriùs & imperfectiùs agnitum, ac Nobis in Nov. Test. Qui expressè Patrem, fil. & Sp. S. denominatos habemus,* Matt. 28. v. 19. Joh 14. v. 16. 26. C. 15. v. 26. 2. Cor. 13. v. 13. 1. Pet. 1. v. 2. 1. Joh. 5. v. 7. *Quos ita apertè illi sub V. T. non habuerunt, Etsi DEVM & spiritũ DEI,* Gen. 1. v. 2. *Et angelũ DEI, qui Jacob ex malo, & Israelitas ex Aegypto duxit, in quo nomen DEI erat,* Exod. 34. v. 19. C. 23. v. 20. 21. *sciverunt.* Pleniùs & semipleniùs, *clariùs & obscuriùs, distinctiùs & confusiùs cognitum, non aliud & aliud rei facit, sed alio & alio modo repraesentatum, revelatum, apprehensum & arreptum, quod in modo discrimen facit, non reipsâ. Vnus & idem DEUS V. & N. T. est, sed ibi obscuriùs, hic manifestiùs revelatus & repraesentatus, prout mensuram cognitionis in populo suo dispensare DEO complacuit. Vnde V. T. operimento, Novum revelatae faciei comparatur,*

vatur, 2. Cor. 3. v. 7. seq. 18. *Fuit ipsis sub V. T. perspecta Trinitas, sed velut per transennam & nebulam, Nobis sub Novo velut per revelatam formam & serenum aërem. Modus agnoscendi variat, res agnita eadem esse potuit, sed non pari modo utrinq; apprehensa. Sic illi Eundem* Christum, ac Nos, *habuerunt. Sed illis in typis & figuris, Nobis in ipsâ substantiæ exhibitione præsentatus fuit.* 1. Cor. 10. v. 4. seq. *Illis, ut angelus ille, in quo Nomen Jehovæ esse dicitur,* Exod. 23. v. 20. 21. *Et ut Propheta ille suscitandus, ut Moses,* Deut. 18. v. 15. *Nobis ut unigenitus ille filius, qui in sinu Patris est,* Joh. 1. v. 18. *Et dilectus ille, in quo Patri complacuit, quem audiamus.* Matt. 3. v. 17. C. 17. v. 5. Heb. 1. v. 2. seq. *Non alius & alius Christus inde consequitur, sed aliter illis, aliter Nobis repræsentatus. Et quantū ac quousq; Vulgus, de hoc enim propriè quæstio, non Prophetis, Scribis, Sacerdotibus, est, Vt* p. 3. Ir. def. t. 38. *Jam monui, hic cognoverit, non apertè determinante Scripturâ quis præcisè explicare præsumpserit?*

32. P. 179. contra Vorstium arguit, *Si DEVS rebus vilioribus substantiâ adesse negetur, Cum alijs adsit, DEVM à seipso divisum fore, Cum res viles intermixtæ sint præstantioribus.* Hæc Consequentia nullius pretij est. *Perinde ac si dicas, Si anima humana quibusdam membris in corpore substantiâ sui adest, à quibusdam a. abest, v. g. emortuis & vitâ destitutis, ut in apoplexijs alijsq; quandoq; contingit, erit à seipsâ divisa, quia membris vivis intermixta interdùm emortua. Hoc tantùm sequitur, E. in membris adest à seinvicem divisis & permixtis, non a. ipsa divisa est. Sic adest in capite & pedibus, quæ à se divisa. E. in partibus à se divisis adest. Non a. E. in se divisa est, Cum Spiritus impartibilis sit, qui in se divisus esse nequit. Magis adhuc DEVS talis, Vt jam olim* Tr. d. ess. alic. s. 3. t. 12. Et d. Multipræs. t. 34 *ostendi.* P. 193. angelos ante Mundi Creationem conditos esse *nullo Scripturæ documen-*

to probari ait, *At meminisse tamen debuit, multorum* Patrum *eam esse sententiam*, Hieronymi in C. 1. Tit. Nazianzeni serm. d. Natal. Damasceni, Nicetæ, Clementis, Basilij & Ambrosij in hexaëm. Hilarij c. Aux. Et L. 12. d. Trin. Origenis d princip. & in C. 4. Esai. Bedæ, Eucherij, *aliorumq;, ut in* Michaël. t. 18. *monui, Quos ut sexagenarios Nemo facile de ponte præcipitet, Nullusq; adhuc eos hæresios ob id postulare ausus est.* Ex Lutheranis Nicander fes. Micha. p. 1. *parum referre ait, sive ante Mundum, s. primo die eos DEVS creaverit, Nec articulum fidei rem concernere.* Theodoretus *inter quæstiones supervacuas id ponit*, q. 3. in Gen. Lombardus *cum Mundo angelos creatos ait, salvâ tamen reverentiâ secretorum, in quibus nihil temerè asserendum sit*, L. 2. d. 2. lit. e.

33. P. 198. arguit, Si locus DEO coæternus increatus sit, *DEVM fore, qui solus increatus sit. At hanc consequentiam non admittent, qui inter* Lutheranos *aliquid introductum, ut peccatum ab Adamo, & præparatum, ut infernum* Matt. 25. *censent, quod nec creatum, nec increatum dicere ausint, ut* Meisnerus, Chri. Matthias, Brochmand, alijq;, ut Meth. Trin. t. 22. *monitum, Nec statim DEVM esse largientur.* P. 201. vitam DEI inter attributa refert, & quidem tertij ordinis, quæ *divinam essentiam seu spiritualem consequantur. Sed vita omnis rei viventis, & sic etiam DEI esse est, & rectius ad essentialem ac Synonymicum conceptum DEI, eoq; à priori & ad quidditatem, non posteriori & ad consequentem proprietatem refertur. Vivere enim viventibus est esse, non attributum & proprietas aliqua consequens, Vt* t. 15. *dictum. Ita vitam filius DEI à Patre habens essentiam abeo habet, Vt ex* Stegman. in Meth. Trin. t. 16. dixi, *Et sic ipsa spiritualis substantiæ essentia est, Viuum esse, seu vitam habere aut esse, Cum omnis Spiritus propriè dictus vivum quid sit, Vt DEVS, angelus, anima humana, & vita actus substantialis ac essentialis vivi sit, non consequens, pro-*

prium

prium aut attributum, Vt dec. 2. Misc. d. 9. *plurib. ostensum. Anima & angelus essentialiter & à priori est vita; non consequenter & ut proprietas. Magis adhuc DEVS vita sua & essentia est, quàm in Creatis.* Si vita DEI est attributum DEI, E. *in essentiali & quidditativo conceptu cogitabitur, ut non vivus. At quomodo tum essentialiter Spiritum cum cogitabis, quem essentialem DEI conceptum esse fatetur* Cal. p. 104. *Cum omnis Spiritus substantia vivens sit? Qui vitam DEO à posteriori tribuit, verè ut Spiritualem substantiam à priori eum concipere non potest. Essentialiter enim & quidditativè eam vivam esse necessum est. Si DEVS non quidditativè vivus, ne Spiritus quidem est. Si non Spiritus est, ne DEVS quidem est, quod ipsissimus Atheismus.* P. 203. Cretenses ob id mendaces dictos ait, *quòd Jovem DEUM esse, & simul mortuum, ac sepulcrum ejus apud se habere dixerint. Sed non ob id solùm mendaces, sed quòd in communi vitâ plerumq; mentirentur, fallaces ac dolosi essent, & frequenter alios circumvenire conarentur. Quod proverbia docent,* Cres cum Cretensi, *Cretensis Cretensem, Cretensis cum Aeginetâ, similiaq;, & illud Epimenidis, Cretenses semper mendaces, ut ex* Plutarcho in Lysandro & P. Aemylio alijsq; *sumi potest. Videri &* Commentatores in Tit. 1. v. 12. *possunt, Vbi similia persequuntur.*

34. P. 245. attributa DEI operativa postremo loco *recenset, Vt omnipotentiam & omniscientiam. Quasi verò voluntas non etiam attributum operativum sit, Cum omnia per eam esse habeant,* Apoc. 4. v. 11. *Omniaq;, quæ velit DEVS, in cœlo & in terrâ faciat,* Psal. 115. v. 3. Eccles. 3. v. 15. *Cœlum & terram creavit, quia voluit, nunquam aliàs creasset, nisi voluisset. Voluit a. quia sapientiæ ejus sic visum fuit. Et sic etiam respectum ad opera externa involuat. Quomodo Conservatio rerum,* Sap. 11. v. 26. *Donorum divisio* 1. Cor. 12. v. 11. *Voluntati DEI tribuitur. Voluntas*

in agente per intellectum est principium practicum, ait Scheibler. l. 2. Meta. C. 3. n. 510. *Dominus solo jussu salutem reddidit, qui voluntate omnia creavit, ait* Gregorius ap. Königstein 21. p. Trin. p. 3. *Unde &* Ipse Cal. p. 223. seq. *Volũtati DEI varia externa tribuit. Ac concursus DEI cum creaturis nihil aliud, nisi volitio DEI ad motum Creaturæ ordinata est, quà Creaturam actu vult agere, & ut agat, facit, ut in* Pneumaticis & Scholasticis *docetur. Quæ voluntas omninò operativa est.* C. 13. p. 301. n. 3. Arminianos misericordiam DEI *in DEO naturalem negare, & quandam absolutam sine satisfactione peccata condonantem fingere dicit, & ad id probandum* Slatium in ep. *adducit, Et* C. 2. Armin. t. 21. 22. *idem repetit. Sed* in proem. Armin. s. 2. t. 6. ex Peltio *narrat,* Arminianos Slatium, Venatorem, Geisteranos, *pro suis non agnoscere, & ibidem nulli injuriam inferendam, sed quenquam ex Confessione & doctrinâ suâ propriâ dijudicandum se censere addit. Ex alieno ergò ab ipsis authore hactenùs eos Socinistici erroris Ipse postulavit.*

35. Similiter C. 10. Inst. n. 4. p. 181. Et Arminis. c. l. t. 14. Eundem pro DEO *non ubiq; essentiâ, sed virtute & potentiâ Arminianis statuto allegat. Itidem alienè, si propria principia ac hypotheses tueri velit.* Slatius enim *inter verè Arminianos non recipitur.* C. 12. Armin. t. 14. Remonstrantes quosdam *facinorosos non gladios puniendos asserere ait, idq; ex* Geisteranis *probat. Sed illos etiam* Remonstr. *non pro suis agnoscunt, ut è loco* Calov. ante citato *patet. Et hæc probatio ita ex alieno authore est.* Ibid. t. 16. Carnifices, an nocentes sint, *nec ne, quos iugulant, cognoscere non ipsorum, sed judicum esse ait, qui si rectè non judicârint, ipsorum esse, DEO rationem reddere, non ministrorum, qui judicata exsequantur.* At hac ratione *omnes administros sævitiæ gentilium in martyres Christianorum excusare poterimus, quos plerosq; ut sanguinariæ crudelitatis executores cum suis Judicibus damnare solemus, Potiusq; illius præfecti vocem laudare, qui ab Imperatore innocentes Christianos*

nos exscindere jussus renuit, & Cæsari obedientiam, sed DEO conscientiam se debere *respondit*. *Et* Prov. 24. v. 11. 12 *liberandos à morte innocentes, non iugulandos judicatur; ac eaipsa excusatio de non intelligendo ac rationem reddendo præscinditur. Idemq;* Psal. 82. v. 4. Sirac. 4. v. 9 *insinuatur.*

APOLOGIA
PRO
METHODO TRINITATIS,
Et Responsio ad ea, quæ contra illam Calovius C. 3. Arminismi sui produxit.

Responsio ad Sectionem Primam.

Th. 36.

H*Actenùs varij errores & inaccurationes Philosophicæ & Theol. è Scriptis* Calovij *ostensæ. Plures annotari queant, si singula scripta partitè excutere voluptas sit. Et collecta sunt, sed alijs temporib. servandæ. Dum in his fui, ad manus meas, dante DEO,* Arminianismus *ejus pervenit. In eo* & Irenicū meum, & maximè Methodum de Trinitate *adortus est. Ante triennium jam editum video, sed nihil ejus mihi visum fuit. Secùs* in Quadrigato *confutationem rapsodiæ jam nactæ essent. Quid hic præstiterit, progressus docebit. Mendacijs, perversionibus, calumnijs, hinc inde more suo procedit. In ipso limine refutationis & proëmio* Arminis. c. 2. t. 24. p. 40. seq. quatuor atrocissima mendacia *evomit, Ut de reliquis perversionibus nihil dicam.* I. A Cerbereâ calumniâ *totam rapsodiam inchoat,* Me Papistas, Reformatos, Arianos *quoq;* & Photinistas *in mysticam communionem haud ægrè admittere. Id* in dedicatione *ad Præsidem & Consiliarios Ecclesiasticos Saxoniæ lit. C. impudentissimè infarsit,* & p. 40. *repetijt.*

Sed

Sed ne unicum locum ex omnibus meis Scriptis unquam adducet, in quo id Scriptum. Contrarium a. inveniet, Ut t. 27. *jam, &* in quadrig. t. 20. Et p. 3. Iren. def. *apertè dixi. Tantisper mendacissimũ Sycophantam eum cum omnib. qui id cum ipso mentiuntur, habuero, donec id ex Scriptis meis apertè demonstrârit, non alienis consequentijs extorserit.* II. Ex Arminianis mea hausisse, *illisq́; in multis me accedere mentitur. Ex Vetustis. Patribus, rei ipsius Naturâ, Scripturæ collatione, & ipsis Lutheranis mea habeo. De Arministis ne cogitavi quidem, Ut hic* t. 27. Et quadr. t. 13. *dixi. Idem fundamentum, Symboli Apost. receptionem, quòd substernam, non ex Arminianis, sed* Patribus & varijs Theologis, Pontificiis, Lutheranis, Reformatis, *habeo, qui omnes eò manuducunt,* quadr. t. 9. 10. 11. *Quos parum legisse Elpenor videtur. Quibus deniq́; ipsi* Arminiani *accedunt, Ut in hypothesi ab omnib. concessâ. In quo a. omnes consentiunt, Id ab unâ aliquâ parte inter eos desumptum dicere, mendacissima est audacia. Ab Arminianis dogmatibus quantùm differam, pleraq́; mea scripta, inprimis de* notit. Natural. & Epitome Theol. *doceant, ac* Tractatus de Conversione hominis, *si editus esset, ostendat, Ubi plerasq́; Arminianor. Sententias de auxilijs gratiæ & libero arbitrio confutavi.* Principijs *& hypothesib. Arminianis me uti, similiter falsum est. Utor illis, quæ vel ab omnib. sectis concessa sunt, aut concedi coguntur, Vel ipsi rei, æquitati naturali, & scripturæ consentanea sunt, ut Scripta testantur. Esto, etiam tandem ab Arminianis recipiantur & adhibeantur. Vera & communia ab omnibus recipi merentur. Simplicitatem Apostolicam ex Patribus &* Mentzero *habeo, non Arminianis, Ut* in quadr. t. 9. 10. *& alibi docui.*

37. III. Syncretismum me intendere *criminatur, & inter Syncretistas connumerat,* t. 23. *Nec vocem, nec rem in meis Scriptis inveniet,* quadr. t. 10. 20. *Conciliare intendi, Ut contentionum minus fieret,* V. t. 27. *Quod ipsum* Irenieum p. 1. 2. seq. *satis docuit.*

Ultrà nondum progressus sum. Ubi conciliata quædam fuerint, an tùm Syncretismus ineundus, an minùs, nunquam determinavi. Peculiarem decisionem id desiderat. IV. Ad Arianismum in nonnullis *magis me inclinare videri addit* t. 26. & p. 42. *Ac* in dedicatione *Scripta mea veneno Arminiano ac Ariano refertissima esse rabiosè proclamat. Hoc crassissimum mendacium esse* Iren. def. p. 1. & 3. Tota methodus de Trinit. *Et illa ipsa verba, quæ Sycophanta allegat, docere possunt. Ad* Symbolum Nicenum *illis respexi, DEUM de DEO, lumen de lumine. Quod Arianis oppositum, non a Arianum esse, certum est. Nec ullus Arianus ea Verba Symboli sensu fatebitur. Tàm* Arianorum, *quàm* Photinistarum, Tritheitarum, & Praxeanorum *me hostem profiteor. Nullius consensum expeto, Ut progressus ostendet.* V. t. 40. 48.

38. *Præter hæc ingens* crimen falsi p. 41. *in Verbis meis citandis commisit, dum particulam Ita, omisit. Non ad ullam Confessionem* Ita *adstringendus Christianus, Ut si diversi quid in Sacris reveletur, non à Confessione recedere velit. De quo jam* p. 3. Iren. def. t. 21. *questus sum. Aliàs suo modo adstringi hic non negatur, Ut Verbo DEI ejusq́; Veritati prærogativa detur ac relinquatur.* Eadé pag. Irenicum pervertitur, *quòd hanc de Trinitate conciliandi Socinianos methodum suggerere dicat, ut totum servetur, & si non in omnibus totius partibus idem teneatur. Quæ Verba videns* Lector *cogitare potest, quasi totam Conciliandi rationem in eo comprehendat* Irenicum. Sed *ejus sensus hic longè alius est. Non tota conciliandi istud ratio in eo est, sed particula tantùm aliqua, in cæteris etiam, ubi conciliare velis, observanda. In quo totum rei consistat, & quid ad particularia totius pertineat. Quæ non ob id statim neganda, sed non paris cũ ipso toto necessitatis censenda sunt.* Sic *Christũ DEUM & hominem esse, totũ & de fide est. Sed in quonã unionis personalis in Christo formale consistat, & qualis cõmunio Naturarũ & idiomatum, & quales propositiones de Christo sint, & quæ similia disceptantur,*

à mul-

à multis ignorari & non capi possunt, Nec paris cum priore puncto necessitatis censenda sunt. De quo c. l. t. 14. 18. 21. 22. *questus sum. Multa ad rem etiam conducunt, quæ non totam rem semper exhauriunt & absolvunt.* P. 42. & 109. etiam in eo scopus pervertitur, *quòd eò hæc intendere dicuntur, Vt si unitas numerica essentiæ divinæ non neganda sit, saltem in dubio relinquatur, & Pyrrhoniæ scepticæq; disquisitioni exponatur.* Item p. 262. *In gratiam Socinianor. de termino satisfactionis ea scripta esse.* V. t. 62. *At insulsa hæc mendacia sunt, Nec ad illud ea tendunt, Sed ut in hoc & aliis mysteriis aliquid de arcanis* Cœli *agnoscatur, illisq; aliquid relinquatur, quod multi* Patres ac Lutherani *volunt, Ut* p. 3. Ir. def. t. 24. *Et* d. non liqu. Et ipsa Meth. Trin. t. 19. 20. *citavi. Nec dubia relinqui, nec Pyrrhonicæ disquisitioni relinqui opus, sed cùm reverentiâ visioni Cœli aliqua committuntur.* V. t. 32. *Quod qui faciendum in mysticis negat, Atheus est, non Christianus. De Pyrrhonismo satis* d. non liq. t. 15. 16. *responsum fuit. Tàm paucis pagellis tàm frequentia mendatia commissa esse miror. Quid de tanto mendaciorum structore ultrà exspectem? Jure jam monstrum ex mendaciis & perversionibus compositum dicam, Ut quadr.* t. 24. *insinuavi.*

39. *Sed &* ipsam methodum disputandi *Confusus litigator ignorat aut pervertit.* V. t. 45. *Cum hoste res est, qui DEI filiū nihil, antequam ex Mariâ editus est, fuisse asserit. Eum ego ab antiquâ fide prorsus aberrare censeo. Ut ad illam reducam, non ab alterum statim extremum trahendum arbitror, Christum summum & altissimum illum DEUM esse, quod absurdissimum & impossibile habebit: Sed paulatim per media & gradus ducendum, donec ex illis ad majora commodiùs provehatur. De extremo ad extremum nonnisi per medium proceditur.* Ostendendum, *DEI filium ante Mariam & in V. T. jam extitisse, Varia ibi pro Patre suo administrasse, Veteribus in nomine DEI se manifestasse, per eum Mundum & omnia cre-*

ata esse, hoc vetustissimos Patres, ut ante Nicanos, consentienter professos esse. *Hos enim solos tandem recipiat* Socinista, *reliquos omnes post eos hic rejiciat, ut Trinitarios.* *Huc deductus altiora de filio DEI sentire incipiet.* *Illis receptis ultrà ducendus erit, & DEUM ipsum esse, talemq́; in Sacris repræsentari ex nominibus, attributis, operationibus, & honoribus ac cultu ei tributis, immotè ostendendum, & sic ad antiquam fidem deductum habeam, DEUM de DEO, & lumen de lumine credentem faciam, & acquiescere inducam.* *Ante Nicanos Patres ut admittat, elaborabo.* *Ut mecum acquiescat, nec rationis speculationibus indulgeat, ex antiquissimis* Patribus *monebo, Etiamsi nec omnia specialia ego explicare valeā, nec ipse requirere debeat.* *Arcanis Cœli ut cum Patribus aliquid committat, hortabor.* *Per hoc magnam disceptationis molem, quam hic nectit, disjiciam, Ut* t. 39. Meth. Et *hic* t. 40 *dictum. Difficultates plerasq́; rescidi, ut ad eas respondere amplius non opus sit.* Compendium *disputationū hoc faciet, non in infinitum cogitata projiciet.* *Cum Scripturâ simpliciùs & loqui, & credere, & repræsentare faciam, ac ut tutiùs, solidiùs, & faciliùs Adversarius convincatur, curabo.* *Hæc omnia* ex præf. Meth. Trin. & ipsa Methodo *satis liquere possunt.* *Tu universa susq́; deq́; habes, pleraq́; confundis, rotas, versas, nihil, cum quo hoste res sit, consideras.* *Sic in* Patribus citatis *non advertis, Cum quo hoste lis sit, Contra quem satis ea valent, & si quandoq́; duriora appareant,* t. 55. 56. *Disputatorum hodie nec modus, nec finis est. Ubi ad ultimum deventum, semper quod objiciatur, restat, ut* Polemica *docent.* Apostoli *ipsi & primi post eos Patres si surgant, ab immanibus difficultatibus, Credo, Nos abstrahant, & ad priscam simplicitatem reducant.* *Hoc necessarium, & tollendis infinitis contentionibus utile futurum est.* *Nec primus sum, qui moneo, sed multi ante me, Ut in* Meth. *adduxi, &* de fid. Chr. *pluribus deducam.* *Jam* Petavius *ad ante Nicanos Patres rem reducendam cum*

Soci-

Sociniſtâ ſuaſit, Tom. 2. & 4. Theolog. dog. *Vt* Anonom⁹ in revel. Cathol. p. 55. *adducit, qui in me etiam allegando 3. inſignes injurias Verbis meis intulit, Vt* t. 68. *dicam. Cum* Ariano *ſi res ſit, haud malè aliter procedam. Jam* Photiniſta *pro hoſte eſt. Hæc mea Methodus ſit, quam volui ac intendi. Si non omnia complanavi, alijs poſt me etiam quædam relicta ſint. Tu ſi aliâ viâ procedere velis, per me licebit. Vide, ut ſolidè & ſecurè ſatis procedas. Implices aliàs magis hoſtem, quàm informes. Funem contentionum in æternum pertexere docebis. Quem abrumpere quandoq; ſatius futurum eſt. Inprimis vide, ut dicta N. T. ſatis aperta aut in terminis pro te habeat, quod hoſtis requiret. Nullum proferes, quod Patrem, fil. & Sp. S. ſummum illum DEVM eſſe expreſſè dicat. Ille aliqua objiciet, quæ unum illum DEVM ad Patrem manifeſtè determinent, Vt in* Meth. *monui, & hic* t. 44. 45. *patebit. Integro Concilio ad rem decidendam opus eſſe fortè dicturus eſt.*

40. Venio ad Cap. 3. ſ. 5. Arminiſmi tui, *In quo poſt Arminianos apertè me oppugnas, Iiſdem artibus, quibus ſoles, uteris.* Te. 7. reprehendis, quòd medium dixerim, Chriſtum verum & magnum DEUM esse, *ſed ſolum Patrem eo majorem eſſe.* Arianos *id promptè admiſſuros, modò ne* ὁμοουσίαν *filij cum Patre admittere cogantur. At quomodo Ariani verum DEVM admittent, qui per naturam & eſſentiam meram Creaturam eum faciunt, & eſſentiam DEI abſolutè illi negant? An mera naturâ Creatura verus DEVS eſt? Et verus DEVS ſine eſſentiâ DEI eſt? Hanc* Arianus & Photiniſta *ſimpliciter DEI filio negant. An verus tibi homo, qui non per eſſentiam talis? Et quales veros tu tandem introduces?* Sociniſticum *delirium eſt, de vero DEO etiam ſine eſſentia divinâ exiſtente, Vt in Chriſto ſolent, quod omnes abominamur. Qui verus Deus eſt, eum naturâ & eſſentiâ Deum eſſe oportet,* Tu ipſe ais a. 1. Au. Conf. p. 78. C. 1. *De DEO ſuperiore & inferiore ex* Juſtini

dicto

dicto satis patere potest, quod t. 20. Meth. *habes. Cui adde* Lactantium L. 4. C. 29. *Quem &* t. 48. *hic cito*, Et Origenem in C. 9. Rom. *Qui est super omnes, supra se neminem habet. Non enim post Patrem filius, sed de Patre, ait. DEUM primum, Patrem rerum ac dominum*, Tu ipse *ex* Arnobio l. 3. c gent. citas a. 9. Aug. Conf. t. 239. *Vt &* Marium Victorin. *quem* p. 28. Meth. *citavi.* Vocem DEI *de alio & alio supposito, quorum unum primum, alterum secundum, id usurpare est. Neutri DEI esse adimit. Ordinem in DEO dicit, quem si tu neges, ex filio Patrem & vicissim facias, &* Praxeanus, Noetianus, Sabellianus, Patripassianus *tandem fias*, t. 52. *Homousian id tollere falsum est. Ne in humanis tollit. Pater & filius essentialiter & ex aequo homo. Pater tamen major, in quantum pater. Ipsa paternitas authoritas & majoritas quaedam est, Ut essendi totalis maneat paritas & identitas, Vt* Meth. t. 20. & 36. 37. *dictum, unde haec discutere potuisses, si voluisses. Pater peculiariter est unus ille DEUS, ex quo omnia, ut filius singulariter unus dominus, qui genus humanum mercatus est, ait* Brochmandus L. C. d. filio, C. 2. q. 3. *Consilium & authoritas ad Patrem referuntur ratione originis, Cujus intuitu etiam Pater & filius non sunt ejusdem ordinis, ait* Dorscheus d. Concil. Sirmien. s. 3. C. 4. p. 190. *Patri principatus originis respectu caeterarum personar. tribuitur, ait* Hunnius qu. d. Trin. T. 1. Op. p. 94. *Cum illis transigere poteris. Praerogativam ordinis, originis, principij, & producentis filium Patri relinqui par est.* V. t. 43. Quòd t. 8. eandem Numero *essentiam me non credere dicis, ex* t. 11. 17. 22. Meth. *falsum videre potuisti.* Tua t. 9. *ubi ea citas, ipsa id docet. Quod allegas, ex Voce* sufficienter, *totum refellitur. Aliqua scimus, multa ignoramus etiam in ipsâ Naturâ*, c. l. t. 44. 45. *Non liquere aliàs me arripere dicis. At talis non negat, ut Ipse concedis. Expressè* t. 33. c. l. *affirmavi. Sed & in his specialitatibus tacente Scripturâ Cur homo non taceat?*

V. t.

V. t. 44. 45. *Tu* ἐποχὴν *hic impiam dicis. Sed ex Scripturâ & variis Patribus eam eductam in ipsa* Meth t. 39. & aliis *vides. An* Hilarium *impium dices, quod ad nescio, non requiro, æstuo, differor, in Trinitate recurrat? An* Augustinum, *nescio, non valeo, non sufficio, inclamantem? An reliquos similia dicentes allegatos? Jam & Hilarii* illud ex 3. d. Trin, *cogitandum, Cesset dolor querelarum. Nonne æquanimiter ignorabis Nativitatem Creatoris, ignorans originem Creaturæ?* Ephremi ad scrut. l. 3. *Non terreris stulte? Qui teipsum nescis, Creatorem explorare præsumis?* Basilii Orat. d. Mamman. *Periculosa talia sunt interroganti, dubia apud interrogatum. Talium a. medela est silentium.* Chrysostomi in C. 8. Rom. ser. 4. *Erudire homo in terrenis, & quæ hic sunt, & Cœlum nec temerè, nec curiosè scruteris. Similia alij habent.* Basilium τὸ *fortassis in Spir. S. admittentem & dignitate inferiorem eum dicentem Tu ipse* s. 2. t. 2. *adducis. Hic Scriptura subsistere jubet, inclamas* c. Crell. t. 849. *Et Non liquet, responderi ais. Cur non ego similia?*

43. Cantiones, quas allego, *Vos ipsi formastis, eòq; justè allegantur. Quod in illis dicitur, meo scopo sufficit. Essentiam ob id nec nego, nec impugno, nec ad negandum allego. Prout nec ipsæ cantiones negant.* In ultimo, quod citas, *vox fortasse, te refellit. Moderationem requiro, non præcisè negari volo. Etiam sic non liquere, an unus DEUS, an plures, falsissimum est, Cum apertè Scriptura unum DEUM Patrem dicat, & Apostoli clarè expresserint. Ad has specialitates tamen non del ipsos vides. Etiamsi ex 3. personis 3. Dij Tritheitæ colligendi videantur, non tamen id dicendum, quod Scriptura expressè contrarium dicat, Cum quâ & sentiendum & loquendum, quicquid rationi videatur. De scabie & scabioso, quod &* t. 39. Et C. 9. t. 39. *repetis, Ita scabie te oblectari video, de duob. illis extremis tantùm, Omnia liquent, & nulla liquent, dicitur. Ut ipse locus à te citatus* d. non liq t. 16. *apertè docet. Tu Cerberéè ad o-*

mnes materias in particulari detorques, in quib. extrema haberi que-ant, de quib. nunquam id dictum. Sic omnes homines DEUS vult salvos, & nullos vult salv. Justè prius arripitur, & si extremum. Sic in ipso tract. d. med. rel. t. 20. *Fides est notitia, & est fiducia, me-diũ est, Vtrumq́; est, &* t. 25. *Objectũ fidei gratia DEI, & omne DEI ver-bũ est, medium utrumq́; dicitur, & utrumq́; extremũ recipitur, Ut stultè scabiem & scabiosum adferes. Similia* t. 3. 6. 7. 9. 15. Et pas-sim c. l. *videbis.* Ad Trinitatem *applicare, aut omnes materias non opus est. Nec verba Scriptoris ultra mentem ejus detorquere Christiani est.* In Meth. Trin: *multa ut Consultor, non Censor ac de-cisor, & salvo meliore judicio, scripsi, Ut expressè* t: 59. p. 25. *dixi. Talis verba humaniùs accipere solemus.* De termino essentialis DEI *cum Socinistâ non contendam, modò rem relinquat, ut è Scri-pturâ deducitur. Realia præ vocibus æstimare consultius. Tu, ut velis, etiam de terminis contendas. Non tamen perinde* de rebus ip-sis *remittam, ut tu iterùm furiosè detorques. Sed ut meliùs ex Scri-pturæ Verbis rem illam teneat* Socinista, *adducam. Quæ ex* t 4. d. med. rel. *citas, vocibus fortassè, & apud simplicem Christianum, sa-tis determinantur, quousq́; valeant.* Simplices nec satis conci-pere, nec decidere talia queunt. *Nunquam pueri, puellæ, idiotæ, rudes Christiani, satis certum conceptum formabunt de trib. personis in unâ numero essentiâ, nec distinctè satis ad captum eis explicari po-terit, quod doctis negotium facessit. Nec antiquissimi Patres satis id expresserunt, nec Nicænis eò distinctè progredi visum, sed filium DE-UM de DEO & Patri* ὁμοούσιον *dixisse contenti fuerunt. Quos ne-mo damnare sustineat.* Doctiores *ampliora hic reponant, quibus meliores sensus DEUS concessit. Sed fidem doctis & indoctis com-munem esse voluit. Tritheismum in medio me relinquere apertum mendacium est. Quòd 3. essentias numero diversas dicat, planè repro-batur. Scriptura unum DEUM dicit, non triplicem, ut ante dictũ.*

Non

Non 3. Dij ergò dicendi. Quod t. 19 *substantias essentias dicis, & sic consequenter in DEO 3. essentias poni, quod Tritheiticum, in* ipsâ Methodo t. 11. *confutatum habes. Et essentiam, & subsistentiam vox substantiæ notat. Ac tàm Tibi, quàm mihi id objici potest. Et 3. personæ 3. substantiæ sunt. Persona enim substantia individua intelligens, &c. vulgo dicitur. Nec statim 3. naturas & essentias dices.* Augustinus *quod Græco eloquio μίαν ὀυσίαν & τρεῖς ὑποςάσεις dicitur, Id esse Latinè unam essentiam & 3. substantias, ait* L. 5. d. Trin. C. 8. Patres *Constantinopolitani regnum coæternum in 3. perfectis substantijs dicunt* ap. Theodoret. l. 5. hist. Eccl c. 9. Lombardus *tres personæ sunt, i. e. tres substantiæ, sc. tres entes, pro quo Græci dicunt tres hypostases,* L. 1. d. 25. l. c. *ait. Dependens essentiâ ab independente semper differre, falsissimum est,* t. 17. *Filium DEI originatum dicere, & res, & hypothesis urget. Secùs originem à Patre habere impiè neges. Contra* Joh. 5. v. 26. *Pater sine origine est, Filius à Patre. DEUS de DEO est, & lumen de lumine, Ut Niceni ajunt. Hoc inorig. & origin. hic est. Sensus legitimus, dum sine calumniâ accipere possis.* Idem *de subordinati voce habendum, de quo* t. 18. *tricaris. Ubi secundus & tertius, sub primo & post eum, non ante eum habes. Hactenùs ordo à primo & subordinatio. Numeri, ordinis, seriei ratione sic dicitur, Non dignitatis, inæqualitatis, perfectionis, Ut* Ariani, Eunomiani, *Arminiani*, alij. *Simile* Patres *dixerunt,* t. 19. 20. Meth. Lactantius *& unam substantiam, & ad Patrem subordinationem de filio explicat* L. 4. C. 29. *Et* Brochmandus *ita explicat.* V. t. 46.

42. Quòd t. 10. de definitione DEI arguis, *ex ipsâ Scripturæ manuductione, quæ vocem DEI ad Patrem adhibet, factum. Cur non ad id respiciendo Spiritum inoriginatum definiam? Cum Patris ut principij totius Trinitatis prærogativam notari debere certum sit.* V. t. 40. *Postea & Spir. increatum definio, & Patrem fil. & Sp. S. aio,* t. 47. *Non hos à DEO excludo, sed vocem DEI alio & alio modo in*

do in Sacris sumi, & sic diversimodè definiri posse noto, Unamq; definitionem expresse tribus illis relinquo. Et sic sophisticè hic à definitione negatâ ad negandum definitum procedis Non enim omnem definitionem nego. Quid si Spiritum incomprehensibilem cum Patribus *quibusdam definiisjem? Anredargueres?* De dependere *& propagine ex* t. 17. *constat. Cum Lutheranis hic depugna, si velis.* Ad t. 51. 52. Voces magnam partem, *responsum dabunt. Pauca à priori de DEO in sacris habebis. Terminos nostros vix videbis. Adhibeas, quos inveneris. Ubi Scriptura sistit, mecum sistendum esse disce. Id* Lutherani *sæpè monuerunt, Ut* t. 45. Meth. *dixi.* Quod t. 52. *tractatus de homousiâ me reprehendere dicis, apertè falsum est. Scripturam ejusq; terminos præfero, contentionibus modum opto. Non cætera reprehendo. Quod* t. 53. term. *Ecclesiasticos non placere dicis, iterùm falsum. Ipse ijs utor,* t. 50. 55. Meth. *Etsi Scriptura non utatur. Tantum rixarum campum in Sacris super illis aperiri nolim, quantum videmus. Quia fidei simplicitati contravenire cum* Mentzero & aliis *existimo.* Graseri *judicium me laudasse similiter falsum est. Nudè allegavi, quod liberum. Immodicas contentiones Ipsum reprobare vides. Rem ipsam & Veteribus cognitam cum Ipso largior,* t. 31. *In Scripturâ contineri probavi* t. 10. seq. Meth. *Non* Remonstrantes *objicere opus est. Modum & prudentiam requiro, non in totum rejicio. Si tamen cum* Mentzero *quæram, Ubinam Scriptura sic loquatur, quid diceres?* V. p. 3. Ir. def. t. 7. Quæ t. 54. habes, *idipsum dicunt, quod ego volo, & quorsùm Verba tua citavi. Negas, tales terminos ad ipsam fidem pertinere, alijs fidem ipsam salvari posse. Sartam tectam eam esse, s. dicantur 3 personæ in unâ essentiâ, s. non dicantur. Imò nihil hoc ad fidem nostram dicis,* præf. parasc. & p. 54. *Similia* a. 1. A. C. t. 241. *agnoscis* Hoc volo. *Non ultrà adduxi, quàm quorsùm Ipse profers. Calumniam hic mendacissimè mihi tribuis.* Negari terminos debere *nunquam dixi, Cum passim eos adhibeam. De* Symbolo Athana-

sii Tr

sij Tr. *de eo respondi, non ejus esse, sed longè recentioris, quod* Camerarius & Pelargus *etiam fatentur, Ut* quadr. t. 4. *dixi, Et maximè inde colligunt, quod voces ὀσίας & hypostasios* Athanas. *promiscuè usurpet, quas hoc Symbolum accuratè distinguit, quæ ad* Basilii & Gregorii *tempora demùm distincta, Ut* Camer. in Catech. Græc. Et ex eo Pelargus in Schol. fid. d. Sym. Ath. p. 297. *deducunt.* Papistæ *sub nomine ejus induxerunt, ut majore authoritate frueretur. Photinista se eo stringi non patietur, sed ridebit, Ut* Smalc. c. Frantz. d. J. Slichting c Meisn. d. Trin. p. 361. *Cum quo Nobis pugna, Scripturam potiùs contra illum proferre oportet.*

43. Quod t. 15. ad dicta nostra ex 1. Joh: 5. & Joh: 10. *me respondere arguis, justè feci. Sensum & vim dictorum solidè inquiri oportet.* Photinista *se illis non satis convinci reponit. Nec eos curat, qui unitatem essentiæ præsupponunt. Principium omnes petere dicet. Et semper de eadem numero essentiâ difficultas manebit, quam hic notari planè negabit.* Jam ante consensum illorum *trium testium* Johannem *expressisse falsum est. Tres testantes in Cœlo adduxit, non ultra. Postea unum eos esse dicit, in testando nempè. Quia testantes adduxit, testimonij unitatem maximè & proximè intellexit. Perindè ac de testibus in terrâ dixit, unum esse.* Exemplariũ *varietas rem magis tricosam, quàm expeditam reddet. Quæ ego adduxi, paris cum tuis & R. Stephani autoritatis esse possunt. Et utrovis modo diversitas se habeat, de testimonij unitate proximè dictum loquitur. An ultrà majus aliquid subinnuatur, nunquam* Photinista *solidè sibi ostensum dicet. Ut id fiat, laborandum erit. Ego spectator interea esse queã, dum agatur. Nostros nihil curabit. Alios in diversum adducet. Ego* Cyprianum & fragmenta glossæ ordinariæ *adduxi, quæ minimè Ariana.* Calvinus & alii *idem dixerunt, & Trinitatem tamen ad ultimum vitæ defenderunt, ut notum. Suspectum esse adversario dixi, qui hic tricatur, ut*

Sociniſtæ, *& id te addere oportuit, nō q. abſolutè dictū detorquere.* Remonſtrantes *adductos etiam nō curabit, ex ipſo textu ſibi ſatis demōſtrari poſtulabit. Semper, cum quo adverſario agatur, advertēdū.* t. 39. Quæ t. 16. de argumento tricaris, *Phot. etiam non ſatisfaciunt. Omninò unum* DEUM *N. T. ad Patrem ſæpè determinat, & ſenſum inquiri oportet, quo fiat. Ob principatum originis fieri* Mutheſius in 1. Cor. 8. & alii *ajunt. Vocem Patris* 1. Cor. 8. *eſſentialiter ſumi, ut tu vis, ridebit* Sociniſta, *ut inſulſum commentum. Apertè Chriſtum ut unum dominum ab eo diſtinguit. Perſonaliter potiùs ſumpſit, & hoc* Hunnius in h. l. *apertè fatetur, primam Trin. Perſonam deſignari. Verba, ex quo omnia, ad Patrem pertinent, & ab extra tantùm ſumi voces illas* Hunnius *ſimiliter negat, Cum & ipſe filius & Spiritus DEI à Patre ut origine ſuâ ſit, ut expreſsè agnoſcit. Quo modo nec filius, nec Sp. S. vocem DEI admittunt, ſed ſolus Pater.* Omnia *abſolutè intelligenda, non cum exceptione, Nempè quæ vel in cœlis, vel in terris nominari posſunt, ut ipſe quoq; filius ex Patre per generationem, ſicut & Sp. S. per æternum proceſſum ſit, ut* Hunnii c. l. *Verba ſunt. Ex quo habeo, quæ in his poſui, Ne* Arianas gloſſas, *ut ſoles, mentiaris.* Brochmaudus *ſimilia habet* L. C. d. fil. c. 2. q. 1. *Tritheiſmus nullus hinc, non enim 3. eſſentiæ dicuntur, quod ille neceſſariò facit,* t. 41. 44. *Homouſia ſimiliter ſervatur, quia eſſentia DEI filio & Sp. S. non negatur, ſed asſeritur. Ordine tantùm quodam attribuendi de illis dicitur,* t. 40. *Non æquivocè, ſed realiter & velut Syuonymicè dicitur Pater DEVS, Filius & Sp. S. DEVS. Modus & ordo attribuendi vocem DEI diverſus eſt, non ſenſus æquivocus. Gignente modo Pater, genito filius, procedente Sp. S. eſſe DEI participat, & DEVS dicitur, quod omnes* Luther. *concedere coguntur. Æquivoca hic ſomniare alienum eſt. Analoga noſti, &* Ipſe urges p. 2. Inſt: p. 104. *Vt in Spiritu & ſubſtantiâ de DEO & Creatis dictis. Vtrisq; verè & eſſentia-*

sentialiter competunt, modo tamen attribuendi diverso. Hic analogiam ponere non satis audeo, sed ordinem malim. Aequivocationem tamen non statim sequi vides, ut ad deteriora non ut Sathanas omnia rapere debeas. Analogia si æquivocatio sit, prorsus non ferenda, cum Bellarm. L. 1. d. Chro. c. 6. Nec in humanis procedit. *Filius patri homousios & consubstantialis. Ille tamen alio modo esse habet; à patre, non ita Pater à filio. Esse humanum essentialiter & univocè utriq; competit. Nemo æquivoca hic somniat. Quanquam duplex numero Natura in his est, quæ non in DEO,* t. 41. 44.

44. *Si filius non ut DEVS DEVM habet, ut* t. 36. *apertè negas,* Symbol. Nicenum *evertis, quod omnes Lutherani recipiunt, Et ipsi DEI filio obloqueris, qui DEVM Patrem suum vocat,* Joh. 5. & 10. *Unde Judæi eum se DEO parem & DEVM facere concluserunt, & sic longè altam præter hominis naturam sibi tribuere intellexerunt, ac lapidare ut blasphemum voluerunt,* v. 33. *Quod tu expressè negas, paulatimq; Atheus fies. Ac cæteri Luther ad Deitatem id trahunt, Ut* Stegman. d. 5. Phot. Hunnius & Tarnov. in Joh. 10. alijq;. *Essentiâ diversum Deum hinc constitui non sequitur, Secùs & Nicenis impiè id impingas. DEVS & naturam, & subsistens in Naturâ notat. Et sic DEVS de DEO dicitur. Modus tantùm attribuendi hic variat, essentia eadem relinquitur,* t. 43. *Modus subsistendi diversus non potest modum diversum Deitatis in se introducere, sed tamen diversum habendi & attribuendi eam modum in hoc & illo supposito. Sic una illa Natura in Patre sub gignentis, filio sub geniti, Sp. S. spirati modo est, ut omnes* Luth. co. Socinist. *asserunt, Cum triplices essentias aut Contradictiones hi exsculpere inde conantur. Essentia una & eadem permanet.* Dilemma tuum, *Vel una numero essen. Vel 3. essentiâ Dij dicendi, tertium admittit,* Vel *DEVS de DEO & lumen de lumine est, Cujus omnes modos di-*

cere non possumus: Vel 3. *habentes deitatem, tria supposita ac personæ divinæ dicendæ, ut Scholastici solent*; Vel *aliquid hic de arcanis Cæli fatendum est, quorum specialia dicere non est. In rebus cognitis specialia determines: In incognitis tacente Scripturâ frustra vagaberis. Quis revelavit tibi, & quis dicenti extra Script. fidem adhibebit? Ad simplicitatem Scripturæ eundo varias tales sequelas dimittes. Vbi de DEO sic Scrip loquitur?* Basilij *illud cogites, Talium medela silentium est,* t. 40. *Esto etiam una natura, Nec enim nego,* c. l. *Tritheismum alienè hinc exsculpes. Is negat unum esse, quod non ego, & triplex dicit, quod similiter non ego,* t. 41. Tertullianus c. Praxe. *olim duos DEOS dixit, non ex separatione substantiæ, sed ex dispositione. Et DEVM de DEO, lumen de lumine, spiritum de Spir. dixit,* Apol. C 21. Lactantius *Similiter* L. 2. C. 9. L. 4. C. 6. Scholastici 3. *DEOS adjectivè, habentes deitatem & supposita divina, non substantivè, 3. naturas divinas dicunt.* Scriptura *Jehovam à Jehova, Gen. 19.* Symb. *Nicenum DEVM de DEO,* Patres *etiam alium in sacris, quàm Patrem, vocari DEVM dicunt,* t 20. Meth. *Tres Personas divinas omnes Lutherani dicunt. Omnis a. persona divina est DEVS, Vt humana hom., angelica angelus.* C. à Lapide *Trinitatem naturam trigeminam dixit* dedic. Prophet. Major. *An & hos Tritheitas impiè facies?*

45. Quas consequentias t. 17. ex ratione nectis, Socinista *etiam non curabit. Scripturam adferre debes, unam numero essentiam trium istorum dicentem, quod non facis. Si non 3. essentiæ, E. una numero, si res nobis satis cognita sit, ut talia determinare queamus,* t. 44. *Et nisi alio modo se res habeat, quē nos ignoremus: aut nisi Scriptura taceat, & sic nobis tacendū insinuet. Cum extra eam nobis arcana Cæli non constent. Quis omnes divinorū modos aut rationes novit aut exhauriet?* V. t. 40. *Tantùm Scripturâ hic audienda, ut* Lutherani *urgent, Vt* Meth. t. 45. *dictum. Eam hic adferre*

ferre oportet, non rationis consequentias adducere. Hæc specialia dicere Utinam Socinistæ *satis apertè ostendi possit?* Quòd addis, *sive Nobis liqueat, S. non, tamen sequi, quomodo per DEUM colliges de eo, quod non nosti? Et quis credet de ignotis affirmanti? Qui non liquere dicit, nihil dicere aut colligere cupit, quia ignotum esse dicit. Ut, Mundus post annum interibit, & non interibit, totum non liquet, nec ab homine dici potest. Si hic multa colligere & disceptare in eo velis, aut conjecturari, ut quibusdam factum, quis tibi credet? Et unde probare possis?* Unicum dictum Script. *sat apertum Socinistæ prome, quo unum numero esse dicatur, & vicisse eum poteris. Patrem nominari dicet in N. T. quando unum DEUM illud dicit,* t. 43. *Consequentiis & collectionibus tuis nihil credet, & in latissimum evagandi campum eum deduces. Ad adversarium, quo cum agas, semper respiciendum,* t. 39. Si *unum DEUM illum intelligas, ex quo omnia simpliciter, etiam ipse filius & Sp. S. Originem, principium omnium & super omnia, ut ipse* Hunnius *agnoscit, Ut* t. 43. *visum, jam rem factam habebis. Manebit Fil. & Sp. S. verus DEUS, dum Patri ulla prærogativa asseratur, unde unus ille DEUS peculiariter dicatur,* V. t. 48. *Et homousia manebit, & omnia manebunt, quæ de Fil. & Sp. S. Scriptura uspiam pronuntiat. Cum non liquendo homousion consistit, Non enim negatur aut evertitur, Non a. cum negando, quod Arianus, Socinista, Tritheita, Eunomianus, facit, Quod non Ego,* t. 40 44. Quæ t. 38. de subordinatione, *dependentiâ, originatione, adfers,* t. 37. 41. *soluta. Multorum* Lutheranorum & *aliorum isti termini sunt, Ut* Meth. t. 39 *dixi, Cum quibus jurgaberis. Cogimur uti linguis hominum, quando non licet angelorum. Si per controversias liceret, nullam vocem & terminum de DEO & Trinitate usurparem, nisi Scripturæ. Sanctissimè stilum Sp. S. & hic & alibi observaturus, ut* Mentzerus *alicubi. Et sic simplicitatem Scripturæ, quam lœdi censes, retenturus. Sed mare Controversiarum in*

Theol. est, & quorundam terminorum usum necessitas invexit, t. 2. *Ferre cogimur, quicquid mutare non possumus. Utinam paucioribus disserere & contenti esse possemus? Et hos, & alios exauthorarem. Pleraq; è* Patrib. & Lutheranis *habeo. Portenta, fidei contraria & dissona, à Scripturis aliena, κενοφωνίας, nova commenta, stipulas, ἀκυρολογίας, clamare non sufficit, sed probare opus fuit. Multa Scriptura insinuat, quæ non exprimit, Ut* in Meth. *ostendi. Et Socinistam talib. clamoribus non movebis, sed indurabis. Utinam eò ducere possim, ut quædam agnosceret! Faciliùs ultrà eum postea ducturus, Nam statum Adversarij perpetuò considerare oportet*, t. 39.

46. Quod t. 18. de *homonymo & diverso significato adfers*, t. 43. 44. *solutum. Non homonymum hic, sed analogi simile fortè esse possit, ob prærogativam Patris, si terminus eò aptus. Secùs propriè Pater est DEUS, Fil. & Sp. S. DEUS, h. e. Spiritus increatus. Non alio fil. aut Pater. Niceni filiũ DEUM de DEO dicunt, quo modo non Patrem DEUM dices. An & his alium sensum tribues? Ad proprietatem personalem ea pertinere, quid tùm? Sanè & filius ex eâ est, & non eo obstante DEUM de DEO Niceni dicunt, ad originationem illam exprimendam.* Epiphanii *dictum mihi non obest, qui terminum essentiæ & alios adhibeo. Si ingenitum simpliciter tollas, alios* Patres & Lutheranos, Hilariũ 2. d. Trin. *quem ipse allegas* paras. c. Crelli. m. 2. p. 61. Basilium, Augustinum, Damascenum, *Imò ipsum* Epiphanium *evertas, qui utuntur.* V. Hutterum, Tannerum, Gerhardum, Botsaccum, *& alios. Et* Ignatium, *quem* Botſ. *citat* l. 3. AntiCrel. S. 6. C. 1. t. 6. Si *omnes terminos abigas, prorsùs silendum fuerit, quod contra teipsum*, in t. 13. Tu ipse *ingenitum de Patre usurpas*, parasc. p. 266. *Et* Epiphanium *ut Antropomorphitici erroris magnumq; traditionum fautorem, varijsq; vitijs olim notatum prorsus rejicere possem, de quo* Vedelius l. 3. d. prud. Vet. C. 8. So-

crates

crates l. 6. Tripartita L. 10. C. 31. 32. *aliiq́; leguntur*, *Ego* de prud. Theol. *monebo*. *Sed parum mihi obest. Si tanti illa tibi, & Patrem filio majorem de Deitate accipe, Sic enim ille explicavit, Ut Doctiores ei tribuunt*, *&* alibi *dixi*, de Compar. *De originato t. 43. De inoriginato* t. 42. *dictum. Rem negare non potes. De vocibus facilis cura futura est.* Quod t. 20. exitum temporalem Joh. 8. & 16. *cum æterna generatione non confundi vis, nec ego velim. Illustrari tamen ex parte potuit*, *Et* Joh. 16. Lutherani *ad deitatis rationem etiam referunt, ut* Stegman. d. 5. Phot. q. 31. *Divinas processiones Patres & Scholastici interdum dicunt, & illæ unum cum ipso DEO sunt. Tu ipse vocem in DEO adhibes* c. Crell. t. 93. *Non diversitas sensus in voce DEI hic*, t. 48. De filio *secundùm humanitatem Patri subjiciendo* Muthesius in 1. Cor. 15. v. 28. *negat, & respectu manifestæ demonstrationis filialis reverentiæ explicat, quæ æqualitati nihil deroget, & respectu regni gratiosi, quod tum resignabit. Fermè &* Hunnius in h. l. *ita*, Athanasius *de subjectione infidelibus accipit, quorum caput Christus*, ap. Toletum in C. 1. Luc. t. 91. Rectiùs *verbum* ὑποτάσσεσθαι, *non subjici, sed subordinari redditur, & filius Patri subordinatus dicitur, ut & inter æquales, inter quos ordo, sibi subordinati dicuntur, ut duo Collegæ, aliíve*, 1. Cor. 14. v. 32. 2. Cor. 9. v. 13. Gal. 2. v. 5. *Et ita filius ut DEUS de DEO, Ut homo etiam subjectione, Ut* Brochmand. L. C. d. off. Ch. C. 8. q. 3. *meliùs explicat. Hoc modo de subjectione nihil hoc loco tricari opus*. DEUM omnia in omnib. fore *Tu de tota Trinit. accipis. Sed* Hunnius c. l. *de Patre sumit, ut DEO Patri intimè devinciamur, & ad illum tanquam primum principium ultimumq́; finem, adeoq́; absolutam nostram sufficientiam omnem beatitudinem referamus, ut loquitur.* Trinitas à Patre procedit, h. e. *Pater ejus origo ac principium est. Hoc volui, & hoc Patres & Lutherani concedunt. Sub DEO Patre quomodo filius & Sp. S. sint, ex subordinatione ante & t. 43, explicata patet. Hoc sensu unus cum Patre DEUS*

manere possunt. Quomodo in Patrem redeant, in ipsa Methodo t. 41. *adjeci, Quia uterq; ejus & ab eo, & sic iterùm ad eum ut originē suam redeunt. Et* Dionys. Romanus *simili modo loquitur, non novum portentum te hic clamare opus fuit. Quod inscitiam tuam arguit.*

47. Quæ t. 25. de novâ, *perversâ, impiâ Methodo deblateras, ex hactenùs dictis mendaces fumos esse intelligis. Eadem de tuis rapsodijs clamare possem. Primorum Patrum pleraq; sunt, non nova. Impietatis nihil demonstrasti, & si non omnia ad salivam tuam sint. Nondum generalis Censor Scriptorum constitutus es, Ut à tuo judicio universi pendere cogantur. Nunquam rapsodias vidi, Nemo tàm indignè te e Methodum meam flagellasse indicavit. Dudum secus confutatas eas habuisses. Nuper demùm ad manus meas delatæ sunt. Mendacia ac convitia tua tibi remitto. Virulento tuo ingenio digna sunt, quod aliunde jam notum. Deteriorem meam* Methodū *Arminismo esse ipsæ ejus paginæ,* 3. 4. 5. seq. *falsi revincent. Tuus ipse tractatus diversum docet. Varia cum ipsis de Trinitate disceptas, quorum me reum facere non potes. Non omissurus, si quid calumniæ opportunum reperisses. Unicum illud de uno numero esse, obscuriùs ab ipso Sp. S. ostensum, in arcanis Cœli à parte locum occupet: Cætera omnia ex facili inter Nos sistantur. Simplicitatem hic non vanam esse ex Scripturâ ipsâ, sicubi tibi adducenda, videre queas. De fluctuatione* t. 40. *visum. In fundamento nulla. In difficultatibus nec* Patribus, *nec alijs inusitata. Rem ipsam & ego profiteor, sed ad Scripturæ simplicitatem magis reductam optem. Atheismum hic reduci debere in ipsos Apostolos & primos Patres blasphemum est, Ut* quadr. t. 11. Ethic t. 28. *monitum. Te Atheisticè hic mentiri* t. 63. seq. *reponetur. Ipse varia hic disceptas, quæ mihi non negari vides. Rem Symb. Athanas. accipere possum, Sed Symbolum ipsius esse nego,* t. 43. *Quòd meliora & explicatiora acceptare velim, ignoras, in studijs homines magis timorem, quàm audaciam decere. Cur non in my-*

sticis.

fticis agatur? Tu quot erroribus obsitus sis, ex hac Sylloge videre habebis. Annon ad Atheismos inclines, ipse judi.es? V. t. 63.

Responsio ad Sect. 2. Cap. 3.

48. Quàm injuriosè *mecum præcedente sectione egeris, ex hactenùs* à t. 36. *traditis patet. Nihilo meliùs sequente procedis Nisi quòd* Patrum *quædam dicta tamen vindicare velis. Id quomodo præstiteris, porrò videndum. Vellem, unâ tractatione totam Methodum refutasses: Ita faciliùs tota defendi potuisset. In partes discerpere maluisti, quæ continuato textu à me proposita fuerunt.* Sequar tamē, ut cepi, *& sectionē etiā secundā percurrā, etsi ex dictis ferè tota confutari queat. Breviori mihi esse licebit. Quæ monēda, ex traditis remportenda erunt, ne crambe ter apponenda sit, quam mortem esse ajunt.* Thesi 3. Quâ me adoriri incipis, meris mendaciis detonas. *Non ideò, quod à fide alienior, sed ut melius Socinistā ad altiora de filio DEI sentienda inducā, litesq; compendi faciam, ea adduxi,* t. 27. 39. *Quod tu totum insulsè ignoras aut evertis. Nicenū & Athanasianum Symb. quà rem ipsam recipio, & si hujus authorē Ath. esse nego,* t. 42. *Homousian illa, quæ adduxi, non tollunt, sed relinquunt: Ordinem aliquem assignant,* t. 40. *De DEO altissimo ambiguitas vocis est, quam* Ipse l. 1. AntiCrel. t. 2. Et præf. parasc. c. Crel. *agnoscere cogeris. Si sine origine intelligas, insulsissimè de filio intelliges, qui DEUS de DEO est,* t. 40. 53. *Vide, quid* Lactantius L. 4. C. 29. *scribat, & calumniari desine.* Cœtera *quæ adducis, apud me sine dubio sunt. Non sincerè me ea cum Ecclesiâ credere, ut soles, mentiris, Ut è dictis constat.* T. 4. *similia repetis, & cum dubia ex Patribus me* Arminianos *secutum movisse dicis, similiter falsum dicis. Nullum Armin. unquam super eo consului. Rectà ad ipsos Antenicanos Patres maximè processi, Si ad eorum fidem*

fidem Socinistam deducere possem. Postea faciliùs ultrà ducturus, t. 39. *Hoc tu ipse* in parasceve co. Crellium *egisti. Cur me prohibere velis? Dubia movi, ut magis timidè, quàm temerè in mysticis procedi debere monerem,* t. 47. *Et antiquissimam fidem maximè revocarem. Homousian quà rem Ipsam in Meth. apertè defendi,* t. 14. 15. *Utcunq; vocem non videas. Ab* Arianismo *absum, quòd is nunquam essentiam DEI filio ejus tribuat, quod Ego, sed per naturam meram Creaturam faciat, quod non ego facio,* t. 48. *Et præcisè affirmet, aliquando non fuisse, Ego non, sed arcanis Cœli aliquid committendum censeo, & dum ante omnia secula jam natus sit, cum Nicenis quiescendum arbitror, & si Patres quosdam longè Ario antiquiores ad idem inclinare videam, quos tamen Lutherani ipsi ab Arianismo vindicent. De quo* t. 55. 56. 58. *plura. Alibi* ut p. 1. Iren. def. t. 2. 3. *uberius hæc tradita.*

49. Quæ t. 5. adducis, *inscitiam tuam produnt. Nondùm de filio DEI traditur, sed ad generalem illam Majorem, Quicquid est, aut Creator, aut Creatura est. instantia de peccato originis ex mente Lutheranor. quorundam reponitur,* V. t. 33. *Quod sanè licet, nec à te disputandi modum requiram. DEI filium & in recto casu Creatorem esse & ipse postea dico. Sed principatum in opere Creationis Pater ut fons actionum divinarum obtinet, ut* Hutterus L. C. d. Trin. C. 1. q. 3. t. 9. *loquitur, quem* p. 33 Meth. *allegavi.* Ἀυγὰς *ista adfero, ut quomodo Patres & Lutherani loquantur, videas, ne ab* Arianis *statim hausta esse mentiaris, Vt soles. De improprietatis voce ambigo, quia ambiguam esse, & de ordine filij ad Patrem sumi posse video. Vsurpare tamen nolim. Originatè & dependenter adhibeo, quia filius à Patre est, vitam & esse habet, Consequenter omnia à Patre agit, quæ agit,* Joh. 5. v. 18. *Rectèq;* Augustinus, Solet Patri filius omne tribuere, quod potest, *à quo est ipse, qui potest. A quo enim habet, ut possit, & simul utrumq;*

semper habuit, tr. 106. in Joh. *Instantiam de tribus unum trahentibus adfero, Ut ex parte illustrem, & difficultatem de uno numero esse supermanere innuam, Non ut ὁμοούσιοι tollam*, t. 43. 44. Quod t. 6. adfers, *ex inspectione* Methodi *refellitur. Propago DEI ante secula genita nonne DEUS erit, & DEI esse habebit? Vide, ne novos Atheismos gignas, si neges. Cum fidelibus me Christum conferre fœdum mendacium est. Segrego, & à minori ad majus arguere volo. Si fidelibus id competit, multò magis Christo, & longè aliâ ratione. Et sic Chrus ipse* Joh. 10. v. 36. *arguit. Ab attributis, imperio, & cultu ad Naturam firmum argumentum est, & à* Lutheran. *ipsis passim adductum. Non enim DEUS gloriam suam alteri dabit*, Esai. 42. Si *Chrus talia habet, essentialem DEUM esse oportet, Et ante secula jam esse ex DEO habet. Reliqua, quæ ex* Rom. 11. *adducis, in seculo demùm esse nacta sunt. Hic diversitas est.* V. Meth. t. 17. 18. *De Dominio* 1. Cor. 8. & Act. 2. *Etsi de temporario sumatur, nunquam tamen Christus homo illud in tempore accipere potuisset, nisi præter hominem simùl essentialis DEUS fuisset. Divinum enim dominium est, Ut ex* t. 22. Met. *patet. Non a. DEUS alteri suam gloriam dabit, Ut* Lutherani *ipsi hic respondere solent.* V. Teipsum in AntiCrell. t. 869. 873. 875.

50 Quæ t. 7. de instantiâ ex Naturâ *promis, negare nequis, universaliter procedere. In DEO quomodo habeat, inter cætera arcanis Cœli committi possit*, t. 44. 45. *Nec tamen 3. essentias dico*, t. 41. & 44. *Nullo Arianico vertiginis Spiritu opus est.* t. 40. In t. 8. *tibi insulsa vertigo est, non mihi. Ex instantiâ statim comparationē infers quasi æternam Creat. ex fil. Dei faciā. Geniturā dixi, non Creaturā. Sed* Creaturam ab æterno fieri posse Lutherani *tui asserunt*, J. Martini, Scheiblerus, Keslerus, alii, ut de Multipr. t. 79. *citavi. Illi negabunt, ex æterno DEUM sequi, quia æternitas participata est. Cum illis pugna. Communicationes confundere non necesse*

cesse habeo. Esto alia in Chro incarnato, alia in Trinitate. Instantia & à diversis rerum speciebus ac generibus sumuntur, & ad generalia reponuntur, t. 49. *Ἐπέχειν juste in abstrusis eligo,* t. 40. *Arminianũ & Arianum me non esse praecedentia docent,* c. l. & t. 48. *Id ipsum, quod tu vis, filium non essentiâ diversum à DEO, infero, Non solum parem dico, quod tu impiè Arianum dicis. Non cogitans, ipsam Scripturam sic loqui* Joh. 5. v. 8. *Quam Atheè sic blasphemas.* Nazianzenus *parem utriusq́, Pat. & filij, facultatem & majestatem ait,* Or. 4. d. Theo. Et. Or. 2. *de filio, parem esse Naturæ, Majorem esse Causæ dixit. Filius Patri se æqualem dicit, ait* Leo ser. 7. d. nativ. Athanasius *paritatem habere cum Patre filium dicit* d. Syn. Armi. & Seleuc. *Ut tu ipse allegas a.* 1. in Au. Conf. p. 66. In Symbolo Athan. *Ut tu illud habes, expresse filius æqualis Patri secundùm Deitatẽ dicitur. An & hoc Arianum?* Augustinus *similia habet* l. 3. c. Maxim. C. 14. *Et in* 1. Joh. 3. tr. 4. Gerhardus Chrum *se DEO ibi æqualem profiteri ait* Exeg. d. Trin. t. 99. Et Grauverus in C. 1. Hebr. p. 108. *Tu ipse filium Patri æqualem esse dici ais* præf. parasc. c. Crell. *An & tu & illi omnes Ariani? Et filium rectè Patri similem dici cum Patribus depugnas* c. l. in Au. Conf. p. 70 t. 38. *An & tecum ipso luctaberis? Et ut unigenitum DEI filium parem addo* t. 27. Meth. *Quod tu omittis, & quod nulli angelo creato unquam dictum est,* Hebr. 1. v. 5. *An hoc Arianum tibi? Ariani sive æternitatem admiserint, sive ὁμοουσίαν negârint, omnes essentiam DEI filio negârunt, & Creaturam dixerunt,* t. 40. 45. *Quod non Ego.*

51. Quæ t. 9. adfers, *figmenta tua sunt. Non Pyrrhonum more Chri sententiam* Joh. 10. *dubiam reddere, sed τὸ unum esse variè in sacris usurpari ostendere volo, ut ipse textus docet.* A Socinianis *mutuata esse apertũ mendaciũ est. Ex ipsâ Scripturæ collatione habeo, etiamsi nullus Socinista in Orbe unquam scripsisset. Tàm mihi, quàm*

alijs

alijs Scriptura data, eamq; conferre liberum. Fricij sylvas, *quas horridas vocas, nunquam vidi aut legi, nec curavi. Opera ejus mihi sunt, sed in illis nec vestigam sylvarum, nec mentio. Quas tu Chimaras in sylvis veneris, ignoro. Sola Scriptura collatio hic sufficit.* Giessenses *perperàm huc trahi, falsissimum est. Expresse necessariò concludi, patrem & filium esse unum potentiâ, ajunt. Non ergò solâ voluntate, sine illâ.* Quod postea t. 25 *addunt, Vbi una numero eademq; potentia & virtus est, ibi & essentia est una & eadē, hoc per consequentiam inde inferunt, & mihi non contrariatur. Vt nec de uno numero esse, quod hic non negatur, etsi aliquid arcanis Cæli ob infinitas cum Socin. difficutates simùl committi non incongruum videatur,* t. 43. 44. Cautè *tamen ob Carnem Chri unam cum Verbo potentiam, nec tn. unam essentiam habente id urge, ne Eutychianus & Monophysita fias, Vt* Meth. t. 24. dictum. Aliud a est. *quid in textu proximè intelligatur, dicere,* aliud, *quid ex eo per consequens simul deducatur, innuere. Proximè textus de uno in manu & potestate loquitur, & hoc rectè* Giessenses, Hilarius, Alstedius, *cæteriq; allegati dicunt. Idem* & Gerhard. ex. d. Trinit. t. 99. Balduin⁹ T. 3. Witteb. d. 6. t. 225. *dicit. Consequenter reliqua inde colliguntur.* Ariani *hoc negârunt, Ego concedo. De paris voce impiè Scripturam blasphemas, quæ sic loquitur,* t. 50. *Vnam potentiam me in dubium vocare ex ipsis verbis meis* t. 31. Meth. *falsissimum est. Cum* Joh. 10. *de uno in potestate explicem, unam filio & Patri potestatem me facile largiri videre potuisti.*

52. Quæ t. 10. aggeris, *malo genio authore habes, cum mera mendacia sint. Non geminam æternitatem exstruo, sed aliam & aliam significationem vocis absolutè æterni distinguo, quod ex parte* I. Iren. def. t. 23. *discere potuisti. Si id ferre nequis, filium DEI etiam inorignatum dicas, & ad Praxeanos ac Patripassianos tandem accedas,* t. 40. *Ipse æternitatis ambiguitates detersisti,* Meta-

gen. C. 7. t. 3. *Cur non ego? Et* Lutherani *æternitatē participatam agnoſcunt.* t. 50. *An duplicare eam tibi videbuntur? Si abſolutè æternū idē ac inorigin. ſit, nō filiū at. dices, Nam originē à Patre impiè neges, Et ſic quod ita ætern. Vt à nullo ortū habeat, abſolutè æternū vocabitur. Si quod tempus nullam agnoſcit, ſed ante omnia ſecula jam extitit, ita æternum & ipſe cum* Nicænis *fateor.* Si tu inter vocis ſignificata & res duplicandas *diſtinguere non noſti, diſce, & Lutheranos tuos conſule. Quando Pater voluit, filium genuit, ex* Tertulliano, *Nefas mihi dicere, quando natus ſit filius, ex* Hilario *diſce,* Meth. t. 19. 20. V. t. 58. *Alio modo filius DEI æternus, qui ante mundum jam extitit, & nuſquam creatus innuitur, ſed per illum angeli, qui creati, quandocunq; id fuerit, ſive cum Mundo viſibili, ſ. ante Mundum, Patres enim divertunt,* Ut t. 32. *dictum.* Athanaſij *Symbol. non prius objicito, quàm ejus eſſe demonſtraſti,* t. 42. *Æternitatem filij pari modo ut Patris deſcribi, mihi non obeſt, qui utriq; eam competere ſcio, & abſurdè Patrem ante filium dici novi. Non Pater ullus eſt, niſi ubi filium habeat,* t. 59. *Inoriginatum eſſe modò non filio tribuas, ne Praxeanus ſis,* t. 40. De dicto Pſal. 2. Quod t. 11. *me ſolicitare, & unanimi ſententiâ Orthodoxos de generat. æternâ illud accepiſſe dicis, Inſcitiam tuam miror.* Bugenhagius Comm. in h. l. expreſſè id negat, & quod præmittitur, ei non convenire ait, *nec* hodie *ſic in ſacris capi, & magis argutum, quàm Theologicum dicit, ad tempus revelatæ ſalutis Pſalmum reſpicere, &* Act. 13. *de reſurrectione explicari, ac non de Chriſti divinitate, ſed ſecundùm hominem glorificatione & ejus in regnum conſtitutione intelligi ait, idq; multis confirmat.* Unde mea habeo, ne ab Arianis ſumpta mentiaris. Illum Commentarium Lutherus *amplo encomio præmiſſo ornavit, & Pſalterium Spiritu Chriſti, qui eſt clavis David, reſignatum ait. An & illi Ariani tibi? Exemplar Vetuſtum Baſileæ an.* 1524. *editum habeo, in quo omnia illa*

extant,

extant, Ne mutata fortè postea objiciantur Ex Papistis Saa annot. h. l. *Genui, sc. ex Virgine, Vel ab æter. Vel in resurrectione.* V. Act. 13. & Col. 1. *ait, omnes conjungens.* Junius L. 1. parall. C. 95. *etsi de æternâ generatione explicet, de exhibitione tamē Christi in tempore simùl capiendum docet. Idem* Riuetus in h. l. *facit.*

53. Quod ad locum 1. Cor. 10. κυβείαν *mihi tribuis, nugaris, Cum ex apertâ Scripturæ collatione instantiam depromam, Et Scripturam impiè detorques* Deut. 33. v. 8. *Vbi non DEVS Aaronem tentavit, ut tu ineptis, sed populus Aaronem ad aquas contentionis,* Num. 20. *Cui ut Viro sancto perfectiones suæ manere debeant, & hoc Hebræus textus omninò vult, &* Lutherus *ad eum rectè reddidit,* den du (Volck/) versucht hast. *Tibi hic* κυβείαν *tribuam, non mihi. Ego* Lutheri *sensum apertè retineo, Tu totum depravas. Hoc modo tota mea responsio immota est:* Ultimò *tentatio ad DEVM essentialem vergit, &* quia *etiam in Christum, ex* 1. Cor. 10. *Omninò ille præter hominem & essentialis DEVS est, quod contra Arianum & Socin: est, & in deserto ac V. T. jam extitit, quod con. Socin. Qui utrumq; negat. Nulla fundamenti labefactio hic, Nec essentiâ diversus à Patre, ut fingis, sed justa conservatio. Suppositum aliud & aliud hic sufficit,* t. 44. *De summo Deo ambiguitas vocis est,* t. 46. *Si essentialis DEVS, & Christus ille. Si primus in DEO, & qui sine origine, qui Pater est, jam filium cum Patre confundis, contra Symb. Athanasij, & Noëtianus ac Praxeanus es.* t. 40. Pro verbis, consequenter solum summum DEUM *tentârunt, quæ ego in* Meth. t. 42. *non habeo, ponere debuisti, Consequenter ipsum Patrem tentârunt, sic enim habeo. Apertè mea Verba corrupisti. Ratio tua, quam invictam vocas, sic formanda. Qui ultimatè ab Israëlitis tentatus, est summus ille DEUS. Nisi in vocibus summi DEI ludere velis. Et tum rectè de Patre concludam, qui peculiariter DEVS in sacris vocatur.* t. 40.

54. Dehinc ad Patrum loca, *quæ adduxi, respondere vis*, t. 13. & seq. *Videbo, an & hic satis expedias. De Patre DEO, & filio Domino, Scripturæ, & Patrum, & Symboli Apostolici stilus est, eoq; simpliciter non rejiciendus. Deitati Christi id nihil adimit. Vterq; titulus, Dei & Domini, etiam Patri tribuitur. 70. Interpr. Christum Dominum reddentes, eundem Jehovam indigitare facile concedo. Apertè* ex Meth. t. 17 id *videre potuisti.* Ignatij ad Tarsenses epistola *tanquam ejus à multis* Lutheran. Gerhardo, Mislentâ, Danhauvero, Botsacco, & aliis *allegatur.* Tu ipse *eam ut* Ignatij *allegasti* in fid. AnteNic. t. 22. Ut p. 3. Iren. def. t. 13. *docui. Cur non mihi liceat, quod illis & tibi? Simplicitatē* Ignatii *spirare deprehenditur, eoq; non omninò ab genio ejus aliena est. Et DEVM super omnia, & Patrem esse de Chro negat, & filium ejus ait. Non merum hominem esse simul docet, & hoc ipsum Ego volo, eoq; fine expressè allegavi* t. 19. Met. Epistolam ad Magnesianos tu *similiter ut ejus allegas c. l. Cur jam embolymam censes?* Gerhardus ex d. DEO, t. 218. Botsaccus c. l. Echardus Theol. Patr. l. 1. C. 5. num 2. *similiter ut ejus allegant. Quid* Vsserianus Codex *habeat, aut omittat, non multum refert. Mihi Codex seculo vetustior fuit, in quo & in Græco & Latino* ὀσία *genita Christus vocatur, ac legi ita* Tannerus *fatetur, quem citavi. Substantiam genitam reddunt. Primis temporibus* ὀσία *& hypostasis non distincta fuerunt, ut postea*, t. 42. *Dextrè explicanda, non torquenda verba esse, & Ego confiteor, ne absurditas ingruat.* Epist. ad Philippenses si *notha est, Ut jam dicis, Cur* Ipse eam ut Ignatij allegasti, *& testimonia ex eâ contra Socinistas produxisti?* c. l. *Similiter* Botsaccus & Echardus c. l. Gerhardus exeg. d. Trin. t. 16. *eam citârunt. Cum his & tecum ipso depugnabis. De Patre verba illa explicare textus apertè docet, &* Bellarmin. *explicat ac defendit, quòd ratione principij à Patre excellentiam eam confiteatur* L. 1. d. Chro.

d. Chro. C. 30. *Quòd Patri nihil comparari possit, Si spectes originem, Cum ille principium aliarum personarum sit, non contrà, Cum quo æqualitas in substantiâ consistat, ut loquitur. Aliàs & DEUM Christum, & unum confiteri authorem illum mihi non contrariatur. Aliquam Patris prærogativam esse satis est.* Interpolatas magis, *quàm in totum spurias Ignatij epistolas esse* Vedelius ex. ad ep. Ignat. Et L. 3. d. prud. Eccl. C. 4. t. 2. *censet.* De Justino quæ adducis, *omnia à me citata sunt, & ea ipsa sunt, quæ volo, mihiq; sufficiunt. Reliqua, quæ de DEI filio addit, mihi non obsunt. Quod de Patre volente genitum dicit, rectè explicatur, quando Pater voluit, ut* Tertullian. p. 28. Meth. *Non quòd ex voluntate Patris & sic liberè genitus, ut Ariani olim, & tu* t. 25. 26. *Cerbereè detorques, ac cum larvis tuis digladiaris: Quomodo ex voluntate & liberè mundum creavit. Sic enim Naturâ genuit, non voluntate, Ut* Junius alijq; *dudum notârunt.* Athanasij *dictum abs te allatum facilè fero. Nihil contra me est.*

55. Ex Justini loco t. 15. à te citato *apertè vides, aliquid arcanis Cœli ipsum attribuisse, non omnia hic dici posse fateri, quod aliàs in me improbas. Non negare eum filium ex substantiâ Patris genitum, benè habet. Mihi non contrariatur.* De Lactantio Ariano, Ut t. 16. Et in fid. Antenic. t. 15. *censes,* D. Botsaccus, *olim tibi Collega, plenè satisfaciet* L. 3. AntiCrell. l. 6. C. 9. *Qui ab Arianismo satis eum vindicat. Quem librum* Regiomontani *validè commendârunt, quorum tu membrum postea factus. Sic & cum his depugnandum tibi erit. Quædam habet, quæ cum Arianis nunquam conciliabis. Ut quòd eos Christianos esse desijsse apertè scribat* L. 4. C. 30. *Quòd unum Spiritum & unam substantiam Patris & filij ajat, & tam Patrem, quàm filium unum DEUM fateatur,* C. 8. & 29. *Qualia nunquam Arianus concedet.* Hieronymus *eum laudat, & Arnobij discipulum fuisse ait.* B. Egnatius *eum*

excusat, præf. Lact. Lutherani *passim ut Orthodoxum eum citant*, Gerhardus, Balduinus in C. 14. Zacch. Hutterus, Ecchardus, Botsaccus, al j. Tu ipse *id facis* ar. 1. Aug. Conf. t. 56. Rivetus *in Critico sacro eum adducens nihil de Arianismo ejus meminit* L. 2. C. 18. Augustinus *eum inter egregios doctores numerat* l. 2. d. doctr. Chr. C. 4. *Idq́; ex eo repetit* . Martini C. 1. Phil. d. 1. q. 1. n. 17. Lapide *similiter in* 2. Macc. 14. v. 44. *Non facturus, si Arianum scivisset. Ne tu impietatem crepes, quòd tibi non in omnibus assurgam. Inter malè contentos faciliùs eum numerem, quàm Arianos. Quâ ratione tu* Origenem *Orthodoxum habes*, t. 58. *Simili ego* Lactantium, *Ut Arnobij discipulum, talem habere queam.* Locus à te citatus *dextrè explicandus, ut de Ignatio Justino, dicis. Similem sui Spiritum per DEUM de DEO cum Nicenis, & de Spiritu Spiritum cum* Tertulliano, V. t. 44. *explicare possis.* Patres *citare volens prout Ipsi scripserunt, citare cogor, si candidè agam, Non ut ego aut alius ipsos scripsisse vellemus. Vetustum exemplar an.* 1515. *Venetijs editum habeo, Unde ea prompsi. Nova fortè immutare aut corrigere ea potuerunt. In* auctar. Natalit. *me citasse nil refert. Cur de eadem materiâ non idem repetam? Placere mihi aut displicere nihil attinet, dum hostem, quo cum res est, iugulet. Qui hic* Socinista *est, pro quo satis jam, Cum existentiam in principio rerum & ante mundum filio tàm apertè asserat, quam* Socin. *negat, & ante generationẽ ex Mariâ nihil fuisse ait, qui ex Antiquitate hactenùs solidè confutatur, quæ longè majora hic sensit, ac ipse. Primos post Apostolos Patres puriores in fide cæteris esse omnes* Lutherani *concedunt, qui prima tempora posterioribus in fide præferunt, Ut* Gerhard. Meth. Theo. f. 5. C. 3. Et T. 5. d. Eccl. t. 104. 204. Hulseman. dial. c. Calixt. t. 48. alijq; *magno numero.* Chemnitij *dictum à* Bellarm. *probatum ad hanc rem* t. 50. Meth. *allegavi. Ut inscitiã tuam & malitiam mirer Aliquando non fuisse, non* Lactantius *Solùm, sed &* Tertull & Clemens Rom. *dixerunt, quem* Gerhard.

alle-

allegavit, *Ut* p 28. Met. *dixi, quos simul reycere cogeris. Antiquitatem ut scripsit, recenseo, & ex eâ Socinistam confutari dico, quod hic satis est. Post Nicænos Patres parum curabit, & ad eorū mentem difficiliùs trahetur*, c. 39

56. Quæ c. 17. de Tertulliano habes, *ex dictis facile explicantur. Si tibi eum pro te allegare licet, Cur non mihi pro me? Si Novatiani liber sit, Ut ego ipse* p. 25. Met. *expressè addidi, Vetusti tamen Scriptoris est, & antiquitatis consensus patet. Orientales eum ut* Tertull. *susceperunt, & stilus valde ei analogus.* Echardus *nomine Tert. citat* l. 1. Th. Pat. C. 1. M. 2. Et Tummius in p Weigel. p. 66. *Si editor suppeditet*, Tertulliani librum esse *ex stili conformitate, rei ipsius convenientiâ, priscâ ævi ejus historiâ, & Orientalium ac aliorum consensu DEO volente aliquando deducam.* Et *quomodo à* Botsacco Tertull. *vindicetur*, c. 1. C. 4. *vide, Ubi & duriora ejus ad bonum sensum trahit, de quo* & Bellarm. & Junius, & B. Rhenanus *jam aliqua adverterunt, Non Magdeburgenses obvertere opus fuit. Ex alijs dudum ea novi. Tanquam Afer aspero stilo utitur, ex cujus stilo multa patebunt, & in mitius explicari poterunt. Contra* Socinistam *tamen omnia sufficiunt, qui hæc negat, & Cui hæc omnia contraria sunt. A* Photinian. & Armin. *me hic seductum esse, mera phantasia* Calov. *est. Neutros hic curo. Ex ipso* Tertulliano *ea habeo, Cujus vetustum exemplar mihi an.* 1521. *Basileæ ap. Frobenium editum est, è quo bonâ fide, quæ adduco, citavi. Non Phot. aut Armin. consulere necessum habui. Sophiam eum sine initio ex hypothesi dicere, in meo exemplari nec vola, nec vestigium est.* Ex propriâ mente illi responsurus *DEUM sub ratione DEI semper fuisse, non Domini ait, & nec Patrem, nec judicem, nec delictum, nec filium semper fuisse addit. Postea idem de materiâ Hermogenis dicit. An novæ editiones hic immutârint, nescio. Factam Sophiam pro natâ, genitâ, productâ, dicit, quomodo* Veteres *solebant, Sic* Clemens Alexandrin. *filium factum principium Universo-*

versorum dixit L. 6. Strom. *Quod idem ac progenitum explicat* D. Botsaccus c. l. C. 3. num. 6. & 4. *Initium pro origine interpretari queas. Ad* Arij *sententiam id detorquere non opus. Vetustior Ario sententia deprehenditur, non prima & propria ipsi, q. ille primus author. Et* Clemens Rom. & Origenes id *dixit, Illum Gerh. etiam citavit, Ut &* Theoph. Antiochenus, Ut Meth. p. 28. 29. *dictum. Qui omnes Ario vetustiores,* t. 58. *Non omnia fortè probo, quæ video. Sed nec Sexagenarios de pontib. proturbare audeo. Quod tu discere debeas.* Photino & Socinistis *validè id refragatur, & sic citari potest. Aliam enim existentiam, quàm ex Mariâ filio DEI suggerit. De adoptivo filio in meo exempl. ne umbram video. Capita illud non habet, quæ allegare queam.*

57. In Clemente Rom. allegando, *quod* t. 16. *adfers,* Gerhardum *secutus sum, quem adjeci.* D. Botsac. *similiter id ut legitimum allegat* c. l. C. 3 n. 5. *Si apocrypha illa sunt, illis authorib. citavi. Non me reprobabis, quin illos simul. Tu a. quia obesse vidisti, dissimulasti, unde habeam. Ipse eum inter alios allegasti* in fid. anteNic. t. 21. *Et* Basilius *eum allegavit* C. 29. d. Sp. S. De Mario Victorino satis est, *Patrem majorem dicere. Id scopo meo sufficiat. Sivè filius inferior dicatur, s. minùs, parum ad rem meam refert. Ex* Hilario jam p. 30. Met. *citavi, filium Minorem negante, & si Patrem majorem donantis authoritate professus sit.* Æqualitas *essendi maneat. Cætera dextrè explicanda.* ὁμοουσία *illum tueri contra me non est, qui idem assero.* Cum Alexandro Episcopo Orthodoxo *& àte vindicato, ut* t. 18. *ais, benè mihi convenit. Quia talis ille, ideò allegatus. De me à* Fricio *seducto, aut Academicam disputandi rationem hic hauriente, mendacia tua sunt. Nunquam Eum inspexi aut curavi,* t. 51. *Vetusti Patres cum suo Nescio, æstuo, differor, meliores Magistri hic,* t. 40. *A quibus & simplicitatem, & Conciliandi negotium ex parte hausi, non* Fricio *do-*

ctore

ctore opus habui. Simplicitatem illi *ostentant, & cum subindè ad Nescio recurrunt, inter* οὐσίαν *& hypostasin non distinguere sciverunt, ut Basilij tempore actum,* t. 42. *In cœlestibus nos curiosos esse vetant, Patri aliquam prærogativam concedunt, quando Pater voluit, genuisse dicunt, & ad Scripturam totam rem alligant, Ut cætera nec angelis, nec potestatibus nota dicant, quæ omnia è* Meth. Trin. *patent, & hic* t. 40. & alibi. *Qualia cum è Patrib. pleno cornu habeantur, non ad* Fricium *aut Arminianos decurrere opus fuit. Tu simplicitatem fidei ut rabidus Empecta subsannas, eoq; Atheismo vicinus es,* t. 65. *Syncretismi mihi nec mentio, nec cogitatio,* t. 37.

58. Deniq; è Theophilo Antiocheno, quem t. 59. adducis, *quòd pessimè simplicitatem fidei sumi ais, non probas, quod dicis. Quasi satis sit,* αὐτὸς ἔφα. *Non is solus, sed &* Tertullianus, Lactantius, Clemens, Origenes, alij *id dicunt,* t. 56. *Et de* Origene, *quem in hoc articulo non à Præceptore suo Clemente alijsq; prædecessorib. omninò discessisse videri ais in* fid. anteNic. t. 42. *Consentio tibi. Ac* Athanasius *eum testem citat, laudat, & filium Patri coæternum facere dicit* in Tripart. l. 10. C. 11. *Bellarminus errores ejus ab Arianis insertos valde credibile ait* l. 1. d. Chro. c. 10. *Ipsi Niceni ante secula genitum filium ajunt, in eoq; qui escunt.* t. 48. Et *cum ex antiquissimis Scriptorib. sit Theophilus, Ut qui ad an. 170. post Chrum vixerit, meritò de eo simplicitas Apostolica præsumitur. Quò propior Apostolis, eò melius Apostolorum fidem noverit,* t. 55. *Quòd stipulas, errores, semina Arianismi, crepas, probare prius debuisti,* t. 45. *Cum multis alijs consentiat, non ita absolutè rejiciendus erit. Nec stipulas, sed & alia multa allegavi: Cur non & ea rodis? Antiquitatem cum honore habere oportet. Quicquid non placeat aut prosit, aliàs rejicere valuero,* t. 67. *Tu pro te facientia passim ex eis allegas. Cur non ego pro me facientia? Potiùs benignè explicandũ, quàm reprobandum censere debuisti, Ut in alijs facis,* t. 54. 56. Et So-

 ciniſtæ

ciniſtæ *validè id opponitur, ac Antiqu tatis ab illis diſſenſus oſtenditur, quod hic ſatis,* c. I. Et. in Meth. Trin. *ſtenſum. Quæ de* ὁμοȣσία *ex eo allegas, mihi non contraria. Quæ Tu è Patribus Roſtochij collegeris,* ea ipſa tibi hic objiciuntur, *Cum multa Scripta ſuſpecta reddis, quæ tum pro teipſo adduxiſti,* t. 54. *Reliquos Patres, ut Poſtnicænos, Sociniſta non acceptat. Vanè contra eum illos produces. Modus diſputandi obſervandus, Cum quo adverſario agatur,* t. 39.

59. *Quæ* t. 25. *iterùm corradis, è dictis explicationem habent. Neſcire & non liquere ex ipſis Patribus habeo, Imò* Hilario, *quem heterodoxum dicere non potes. Cum illis contendito. Illos ſequi malo, quàm cogitatis vagari, aut Sycophantis ſociari. Cæli myſteria doceat me DEVS ipſe, qui condidit, non homo, qui ſeipſum ignoravit. Cui magis de DEO, quàm DEO credam? De abſolutè æterno vocem diſtingue, aut Praxeanus es,* t. 40. 52. *Patri coæternus filius eſſe cogitur. Cum Patrem ſine filio nemo cogitare queat,* t. 52. *Sed DEVM aliquando Patrem non fuiſſe* Tertullianus, Clemens, alij *dicunt,* t. 56. *Non Ego præciſè. Siſtere, & ante ſecula cum Nicenis eligere contra Socin. ſatis duco,* t. 48. 55. *Quando Pater voluit, genuit, ſed non de vel ex voluntate, ut tu detorques, ſed Naturâ,* t. 54. *Primogenitus ante omnes creaturas eſt DEI filius,* Col. 1. v. 15. *Hoc ſufficit. E Patrib. Tertullian. hic citavi,* t. 56. Irenæus *totam generationem neminem noviſſe fatetur, quod mihi ſufficit. Aeternam eſſe nec ego nego,* t. 52. *Quæ* t. 27. *deblateras, omnia fumi & nihil contra me ſunt.* ἐποχὴν *è Patrib. dele, Si abolitam cupis.* t. 40. *Ad lites ſecandas ac reſcindendas, & hoſtem ad priſcā fidem ducendum tutiſſima eſt, ideò adhibeo. Quod* t. 28. ad *homouſian dubiam reddendā non liquere directum dicis, merum mendacium eſt. Ad litium fines faciendos dirigitur, & homouſian relinquit,* t. 38. 44. 45. *Quòd alij aliter reſpondent, ut* Gerhardus, *liberum ipſis eſt, Ut non liquere mihi quandoq; præferre. Nec unum numero eſſe Nego, quod iterùm reducis, Etſi & non liquere in myſticis locum habere cum Patribus*

putem,

putem, t. 44. *Cur non hanc scientiam DEO relinquam cum* Justino *& aliis, aut medelam silentium cum* Basilio *arripiam*? c. l. *Quas apistias & ex orbitationes crepas, mera Empectarum delira convitia congeris, non solidas rationes.* Gregorij *dictum mihi non contrariatur, qui aequalitatem relinquo*, t. 50. *Homonymia nulla hic, sed attribuendi ordo, qui proprietatem significati relinquit*, t. 43.

Responsio ad Sectionem III.

60. Quòd t. 39. Spiritum S. *me personam negare videri ais*, ex Meth. Trin. t. 10. 12. seq. *apertè falsum videre potuisti. Et* Pentecostalia *allegas, ubi* t. 29. *propugnârim. Sed in* ipsa Meth. *probatum vides, non ad* Pentecost. *excurrere necessum fuit. In Medio relig. simplicib. Christianis consultum, Illis non liquere succurrat, Ut ex contextu* p. 6. 7. *videre licet. Contra negantes & impugnantes propugnari potest. Terminum attendi, ut tricosus est, Ut* p. 7. *addidi, & ita simplicium captui incommodus. Ob difficultatem & tricositatem terminus aliquis omitti potest, & si in se verus, & ob veritatem retineatur*, t. 17. *Terminus personae Metaphysicam Nobis aperuit, Ideò incommodior, non quòd in Scripturâ planè non habeatur.* Conf. t. 45. *Et contra hostes Sp. S. in terminis Scripturae simplici Christiano tutissimè sisti potest*, V. Meth. t. 8. 9. *De extremis & scabie* t. 41. *responsum. Non rerum, sed variarum contentionũ ratione quaedam hic intelliguntur. Si cum rigido hoste res sit, personae terminum omittam, & intra Scripturae Voces me teneam, Ut lites compendifaciã. Quod magni Theologi suadent*, t. 61. *Tu omnia in deterius rapis, & scabiosè saepius respondes.* Quòd t. 42. me Arminianis de necessitate credendi dogmatis de Trinitate *non abnuere ais, apertum Sycophantam agis. Quia expressè illud in Symbolo positum, Credo in DEUM Pat. & in Jes. Chr. Et in Sp. S. etiã creditu illud necessarium duco, Ut jam in* quadr. t. 11. *dixi. Etsi notitiae gradus sint, unusq; altero plura & distinctiora cognoscat. De Trinitate in V. T. cognitâ* t. 33. *dictum. De Pyrrhonismis & scepticismis* d. non liquendo t. 35. seq. *satis responsum.* Ad

6). Ad ultimum tandem èmeis C. 9. 10. t. 19. rodis, Quòd justitiam Christi *nobis imputari phrasin Scripturæ esse negarim in* Iren. & d. Med. relig. *Ac iterum ab* Arminianis *edoctum me ais. Verùm & hic pari fide cum prioribus agis. Non ab* Armin. *sed ex ipsâ Scripturæ collatione id observavi, quæ nusquam hoc loquendi modo utitur. Et* August. Confessionem ac Apologiam *secutus sum, quæ expressè sic loquitur, ut Ego, 2, 4. Nullum Arm. scriptorem super eo consului.* Papistarum *tricæ circa phrasin me in Scripturæ collationem adegerunt, De quib.* p. 3. Iren. def. dixi. *Triennio post, Cum ea scripsi, fortè demùm* in Apologiam Confess. Remonstrantium *incidi, idemq́; ibi inveni,* C. 10. n. 2. Sed *ab Armin. tale consilium surripere necessum non fuit, Cum Lutherani ipsi sæpè quærant,* Ubinam Sp. S. sic loquatur, & *ad Scripturæ Verba provocent, Ut* Chemnitius, Mentzetus, Hutterus, Tarnovius, Keslerus, quos p. 3 Iren. def. t. 7. *adduxi,* Quib. Hulsemann. rel. d. coll. Thor. t. 5. Grauverum p. 6. Aug. Conf. p. 265. Reinbothum d. Catech. Veter. t. 83. seq. *addo, Ne de Arminianis crepet* Calov. *Et potiùs à* Papistis *de phrasi tricantib. hauserim, quàm Arminianis. Quanquam reipsâ à Neutris hausi. Ipse si compendium litis facere voluisset, unicum Scripturæ dictum proferre debuisset, quo in terminis sic dicatur, & rem factam habuisset. Quod nec fecit, nec facere potuit. Totam rem* p. 3. Iren. def. t. 3. 4. *plurib. deduxi. Cur eam non verbis ipsius Script. proponit, ut rixarum minus fieret? Ipse* C. 3. f. 2. t. 30. *Vocem* αὐτόθεος *de filio agrapham, ambiguitati ac tricis obnoxiam esse, & sic disputationem illam intermittere præstare ait. Cur non simile quid de hac phrasi cogitari possit? Tantùm me extenuare has Controversias, ut fundamentum non concernentes, & orthodoxiam Luth. Ecclesiarum reprobare, ipsamq́; satisfactionem Christi labefactare, mendaciter criminatur. Omnia fabulosa esse ipsa mea Scripta docent.* In Irenico *consilium suggessi, quomodo in conciliandis Controversiis Theolog. procedendum, Ut aliquid*

profici-

profici possit, nihil extenuavi. Articulus justificationis *expressè in Symbolo positus. Extenuari ergò non potuit, Ut in* quadr. t. 1. *jam dixi. Sed quidam loquendi modi non Scripturæ tamen esse possunt, quod aliud, quàm extenuare est. Et hos ad ipsos modos Scripturæ reduci ob lites coarctandas æquum censeri potest.*

62. Orthodoxiam me reprobare, impurum *mendacium est. Studiosè eam servo & propugno, sed in terminis Scripturæ proponi, & ex illis erui malim, ob immodicas cum Adversarijs contentiones declinandas, in quo* Mentzerum, Keslerum, Reinbothum t. 61. *allegatos sequor, & plures* d. fid. Christ *allegabo. Satisfactionem me non labefactare Scripta mea, Ut* Passionalia, t. 48. 51. Epitom Theol. l. I. C. 11. t. 3. seq. *aliaq; docent. Locus* ex med. rel. *citatus de solâ voce, non re sub eâ ex Scripturâ intellectâ loquitur, Ut expressè textus docet, quicquid de termino satisfactionis sit vel non sit,* Emphasin Scripturæ observandam, & in eâ fidem fundandam dicens. *Ubi ea eruta, idem illud, quod satisfactionis voce intelligimus, notari* Photin. *ostendendum erit. Quia in voce* satisfactionis *variè tricatur ille, tutissimè ad ipsa Sp. S. Verba eorumq; emphases ducendum censeam, quod nec impium, nec inutile in Theol. est, & simile ab alijs ante me suasum est, ut* è cit. authorib. *patet. Ut litis compendium faceret* Cal. *Cur nullum Scripturæ locū, ubi voce eâ utatur, adduxit? Christum satisfecisse extremis me accensuisse, de voce verum est, si ea adhibeatur, tricarum & contentionum campum aperiens: Non de re ex Scripturâ intellectâ & repræsentatâ, quam è Verbis Scripturæ deduco, eoq; ipsum articulum fidei Christianæ me extremis impiè accensere non nisi impiâ mendacitate blaterat. Perinde acsi* Lutherum, *si vocem* ὁμοούσιος *adhibere nollet, & rem ipsam tamen è Scripturâ retineret, ipsam Trinitatem aut filij deitatem impiè negare inferres, quod Lutherus non ferret.* In Socinistarum *gratiam ea scripta esse, similiter rabidum mendacium est. Ad immodicas contentiones minuendas, litium minus fa-*

ciendum, & Socinistam faciliùs ad veritatem deducendum id *scriptum est. De scabie, quam toties placuisse video,* t. 41. *dictum. De Cathurno diabolico convitium Sathanicum est, virulentiâ Calov. dignum. Suis locis utilia mea scripta esse scio, Ut* in quad. t. 21. *dixi. Omnia perversissimè in deterius te torquere, ac ad id ferè natum esse video.* A peruersionib. refutationem mei inchoasti, t. 36. In iisdem finijsti. *Hæc ad* λεπτολογίας *tuas in tuo Tract. contra me admissas reposita sint. Essent, quæ in ipso* Arminismo tuo *jure adverti possent. Non sufficienter aut solidè quandoq; respondes.* Ego, *si vita & sumptus suppeditent,* ipse Arminismum aliquando scribam, *ac errata refutabo. Ubi & tua adverti poterunt. Hoc tempore mea vindicata esse suffi i it.*

Adjectanea.

63. Auctarij *loco aliquid adjiciam.* Atheismis in alios projiciendis mirè facilem te video. *Passim eos in* Calixtum, Regiomõtanos, Socinistas, Arministas, me, *& alios vibrari lego. Non ægrè feras,* si eosdem *tibi è tuis scriptis ac hypothesib. remittam. Dicens ea, quæ vult, audiat ea, quæ nolit. Atheismos recipiat, qui passim Atheismis perstrepit.* Probo a. J. Quia *impudenter & Atheisticè in me & alios, Naturæ & proximi jure fratres tuos, in scriptis mentiris, eorum sensa pervertis & detorques.* V. quadr. t. 8. 9. seq. 20. *Et hic* t. 26. seq. *passim. At talis Atheus practicus est. Ita n. mentitur, quasi nec DEUM, nec infernum credat, sicq; facto & praxi DEUM negat,* Tit. 1. v. 16. *Quòd Atheum est. Theoreticos n. Atheos vix dari putas,* p. 2. Inst. C. 2. t. 2. *Practicum a. Atheum taliter mentiri omninò facit.* 2. Quia *fidem rixosissimam & in infinitum triosam invehis, foves, tueris, & pleraq; ad fidem pertinere pugnas. Quod de omnib. dubitare, tandemq; nihil credere invehere potest, quod ipsum Atheismum infert, Ut* in quad. t. 11. De Concil. t. 43. De non liqu. t. 16. *dixi.* 3. Quia

hypo-

hypothesin foves, quâ peccatū Originis in totum everti possit, quadr. t. 2. *At hoc everso Nemo se ab ortu peccatorem agnoscet, Nemo de peccatis satis dolebit, nec Christo redemptore, Mediatore, Intercessore opus habebit, quod totum Christianismum evertit, & paulatim ad Atheismum tendere potest.*

64. 4. Quia *hypothesin de peccati formali etiam in positivâ qualitate ac reali habitu consistente foves*, p. 3. Inst. p. 257. 261. 468. *Et sic reale aliquod ens, positiva essentia & accidens sine concursu DEI ab homine introducetur, &* Manichæismus *paulatim succedet, duo principia, boni & mali, faciens, sicq́ duo velut dij sequentur, quod Atheum. Duos DEOS faciens reverâ nullum facit, ut in* Theol. *ostenditur, & tu ipse non diffiteris* p. 2. Inst. C. 7. t. 1. *πολυτεοτης est ἀθεότης*, Athanasius *dixit, ut* Ipse *etiam allegas* a. 1. in Aug. Con. p. 47. 5. Quia *articulos de Creatione & extremo judicio lumine Naturæ cognosci ais*, V. hic t. 27. At *pari ratione & alios, ut de Ecclesiâ, remissione peccatorum, similesq́ ex Naturâ innotescere dicam, sicq́ tota fides Christiana velut è Naturâ nota suspecta reddi potest, quod* Puccianum *delirium est, Unde Atheismus oriri potest.* 6. Quia *Atheistico more modoq́ in turbationes & commotiones scriptis irruis, & quorsum venis aut scripta, turbare soles, ut Regiomonti, Gedani, Elbingæ*, V. quadr. t. 30 *Sic Collegas tuos an.* 49. & 50. *Ut turbo & eversor Gymn. Gedani infestare cepisti, Ut discessum quidam eligere, quam turboni cohabitare maluerint. At tali modo Athei in praxi procedere solent, qui nec DEUM, nec Diabolum, aut extr. judicium practicè credunt.* 7. Quia *notitiam naturalem sine supernaturali illuminatione inimicam DEO & stultitiam esse ais*, V. t. 30. *At sic Sathanica, infernalis, & damnata est, quod in DEUM ut authorem ejus Atheistica blasphemia est, quæ peccatum Atheistico par est.*

65. 8. Quia *vitam DEI ab essentiali ejus conceptu seponis, & in-*

& inter attributa tertij demùm ordinis recenses, t. 33. *At sic spiritualem DEI essentiam, quæ de essentiali ejus conceptu & quidditate est, infringis. Omnis n. Spiritus propriè dictus essentialiter & à priori vivus est, Vt* c. 1. *dictum. At qui essentialem DEI quidditatem evertit, DEVM ipsum evertit, quod Atheum. Si DEVS verè Spiritus non est, ne DEVS quidem est. DEVS Anthropomorphiticus est DEVS Atheisticus, non verus.* 9. Quia *DEI filium negas ut DEVM habere DEVM, sed tantùm ut hominem*, V. t. 44. *At sic directè Symbolum Nicen. evertis, quod DEVM de DEO, & lumen de lumine dicit. At qui id evertit, eum sine dubio Atheo parem habebis. Talis ergò & ipse proprio judicio esse queas.* 10. Quia *ipsius Spiritus S. Veterum Patrum, & Symboli Athanasij, quod Ipse ejus censes, phrases negare & Arianas vocare audes*, t. 50. *At hoc palàm impium & Atheum est, quasi nec DEVS aut DEI Spiritus in Scripturâ loquens esset, quem revereri & cum tremore audire debeamus.* 11. Quia *horribilem & atheam blasphemiam in simplicem Apostolorum fidem euomis*, t. 37. Et *piscatoriam simplicitatem Chemnitio, Mentzero, Patribus, toties probatam, Vt alibi docui, subsannas. Quod Atheum magis, quàm Christianum decet.* 12. Quia Eutychianis *& Monophysiticis hypothesibus appropinquas*, t. 51. *Quas pro Atheis habebis. Et ipse ergò Atheis aggregaberis.* 13. Quia *tantam bilem, impietatem, rixositatem in Quadrigâ & Arminismo in me & alios immeritos egeris, quæ te magis Atheum, quàm Christianum probent, ut hic & in Quadrig. ostendo. Et* q. 1. Quadr. *tuæ gaudium tuum de persecutionib. meis promis, insultando mihi, ut* t. 23. quadr. *notavi. At hoc Atheorum est, super aliorum persecutione in fide lætari, & talia Atheorum indicia esse solent. Cum quibus gaudeas in hoc seculo, in altero ejulaturus cum Diabolo, ut olim Judæi*, Joh. 16. v. 20.

66. Secundò etiam aliorum Cerdonum dicteria in Meth.

Meth. Trin. *Jacta subjiciam.* Sunt, qui ajunt, me *ea testimonia corradere, quæ suspecta & inaccurata sint, ac dudùm ab Orthodoxis ut ἄκυρα rejecta, & quæ Socinistæ pro se rapiant. Reliqua, quæ contra ipsos, omittere.* R. Si ita *cum Patribus agere liceat, etiam quæ in rem nostram allegantur, tanquam ἄκυρα & suspecta rejici poterunt ab alterâ parte, quæ nobiscum contendit, & sic nihil pro ullâ parte ex antiquitate allegari poterit, quod non feremus,* t. 58. *Relinquendi ergò & citandi Patres sunt, prout scripserunt, s. pro nobis, si pro alijs sint, s. ἄκυρα ea Nobis videātur, s. solida, Vt de Veterum sensu ex parte constet. Et quis Nobis potestatem dedit, ea, quæ ad rem nostram non videntur esse, ut ἄκυρα statim rejiciendi? Plus honoris Antiquitati tribuendum videatur, & securiùs uspiam locuti sint. In meliorem tamen potius partem trahendi, quàm rejiciendi,* c. 1. *Ac ubi consentienter aliquid docent, vix inter ἄκυρα referri queat. Vt Cum filio DEI esse ante secula tribuunt, non merum hominem ajunt, in V. T. omnia loco Patris administrasse, in seculo demùm in carne exhibitum, ejusdem cum Patre potestatis, majestatis, & cultus ajunt, non liquere arripiunt, &c. In quo quod* Socinistæ *opponatur, satis est. Et omnia, quæ allegavi,* Socin. *contraria sunt, Non pro se aliquid habebit, & si eò rapiat,* t. 55. 56. *Vniversa testimonia adducere non debui, quia Methodum saltem de Trin. scripsi, non completum Commentarium. Quanquam & in istis allegatis Orthodoxa multa intercurrant.*

67. Item ajunt, me nimis multa Socinistis *concedere.* R. In fide nihil, *in varijs rixis & scrupulis aliquid, nihil ultrà, ac par est, & res ipsa Vetusq; & simplicior Ecclesia postulat, ad quam totam hanc de Trinitate litem redigendam censeam, si fructuosè contra Adversarium duci debeat,* t. 39. *Omnes superfluæ rixæ in spiritualibus, quantum fieri potest, rescindendæ sunt,* t. 37. *Dicta minus solidè rem intentam inferentia potiùs omittenda, quàm adhibenda aut nimis urgenda, & solidiora, propiora, ac apertiora præferenda duco,* t. 43.

fundamẽtalia inprimis disceptãda, etiamsi tandẽ in omnib. quæstionib. quas ratio texuit, consentire nequeam⁹. Quod in Theolog. non opus est, ut alibi dictum. Similiter *mentiuntur, me dicta pro Trinitate enervare. R. Quæ non satis apertè inferunt, linquo, solidiora præfero & urgeo. Ultra Scripturam hic non eundum duco.* Item me *DEUM voluntate genuisse dicere. R. Rudis & Cerberea calumnia est. Quandò voluit, DEUS genuit, sed non ex voluntate, Verùm naturâ*, t. 54.

68. Deniq; obiiciunt, *Socinistas ipsos ad me provocare, quasi in quibusdam consentientem. Ut* Anonomum in revelat. Catholicismi p. 15. R. 1. Si *ex eo præjudicium contra me sumendum, & de alijs idem sumendum erit, ad quos Socinistæ provocant, ut* Luthero, Dorscheo, Keslero, Calovio, *Nam ad illos* Idem c. 1. p. 6. 7. 14. 78. 93. *provocat. Sic ad Lutherum in voce* ὁμοούσιος *& Trinitatis*, Smalciusc. Frantz. d. 1. t. 1. Et *in omissione dicti* 1. Joh. 5. t. 32. Et Transylvani, *quod DEI filium Creationis instrumentum dixerit*, l. 2. C. 6. ap. Bellarm. l. 1. d. Chro. C. 9. Ad Brentiũ *in voce Jehova* Idem t. 5. Et. c. Ravensperg. p. 17. Et refut. Orat. Peuschel. p. 17. Ostorodus ad Naogeorgum *in interpretatione* 1. Joh. 4. v. 3. C. 18. Inst. n. 4. *provocant. Imò ad ipsam Scripturam passim* Socinistæ *provocare audent. Nemo inde consensum cum illis deducit. Nec ergò ille de me ex eo statim præsumendus.*

69. 2. Anonomus *ad Irenic. meum provocans tres insignes injurias verbis meis intulit.* 1. Quòd *verba mea pro incertitudine dogmatis de Trinitate adduxerit, Cum de eâ ego ibi non agam, tantùm Christum ejusdem numero cum Patre essentiæ & absolutè æternum esse, specialiorem determinationem esse dicam, quam nec omnes sciant, nec capiant, & in quâ multa ἄρρητα occurrant. Hoc nondum totũ dogma Trinitatis incertum reddere est. Multi multa nec sciunt, nec capiunt, Ut pueri, indocti, rudes, laici, Quæ in seipsis satis certa sunt. Difficile, & arduum nobisq́, obscurum dogma esse potiùs innuatur, quod omnes fatentur: Non incertum asseratur.* 2. Quòd ea *ad totã*

Tri-

Trinitatẽ detorqueat, quæ ego de solo filio ejusq́ essentiâ dixi. 3. Quod *id eò accipiat, q. dogma de Trinitate in non necessarijs habuerĩ. Non n. id indè colligendum, Sed tantùm, omnia specialia de eo dici in hac caligine non posse, sed aliquid arcanis Cœli committendum esse. Quod in se verum esse potest, ut tamen dogma in sese necessarium sit, Cum in Symbolo apertè contineatur*, t. 60. Cœtera in Meth. Trin. ejecta *indigna tempore & operâ sunt, Cum mendacia ac perversiones sint. Ex hactenùs traditis & ipsâ Methodo sufficienter confutari possunt.*

70. Sed & tertium auctarium *subjicere juvet, quia ejus occasio est. Non* Calov. *ipsum, sed insulsum ejus parastatem aliquem, mentiendo ipsi benè similem, concernit. Ausus ille, Controversiarũ parum gnarus, pro* Concione 37. Trinit. Calovium *defensurus, & Quadrigatum meum arrisurus, publicè dicere, Novatorem quendam hujus loci* Lutheranos, Papistas, Calvinistas, *publicè sectam profitentes,* Anabaptistas, *ad unam ap. Lutheranos Cœnam admitti posse censere, idq́ DEO gratum opus futurum, ac exemplo Christi cum Pharisæis conversantis & comedentis, ut in Evang.* Luc. 14. *defendere conari.* Uno *ructu 7. impia mendacia homo insulsus in loco sacro evomuit.* 1. Novatorem *me vocat, qui nullum novum dogma in spiritualibus unquam appetij, Veterem & primam fidem perpetuò ursi & reductã volui, Ut multa mea Scriptta testabuntur, & in* Quadr. t. 10. 11. 20. seq. *Et hic* t. 38. alibiq; *patet. Si pro eo Novator audiam, hostes mei Veteratores maneant. Mentiendi ac pervertendi Veteres esse video.* 2. De Papistis & Anabaptistis *nulla quæstio. Non cupiunt Cœnam Lutheran. Eoq́ de admittendis nullâ curâ opus. Nec de illis verbum in* Quadr. *est, Sed apertè remoti sunt,* t. 20. 3. De Calvinistis *in genere & sine discrimine etiam nihil ibi dictum: Sed de moderatioribus Reformatis, & talib. Quales Elbingæ, & similes. Rigidiores eorum alibi Cœnâ suâ uti expressè dictum,* t. 28. 29. 4. Calvinistas *admittendos, qui se publicè Calvini fidei adhærere profiteantur. Nec id ibi extat, sed qui Aug. Conf. & Apologiam recipiant, de*

Luthe-

Lutherismo non malè sentiant, in plerisq; ei accedant, absolutum decretum non defendant, &c. Ut c. l. t. *26. dictum. Quod longè aliud à priore est.* 5. In genere *admitti posse hîc & alibi. Neq; id in* Quad. *extat: Sed in tali loco, Ubi per annos 90. admissi, & unum Reipubl. ac Ecclesiæ corpus cum Lutheran. fecerunt, ut Elbingæ ac Thorunij, Ut ibi* t. *26. 27. dictum.* 6. Hoc DEO *gratum opus futurum. De eo ne verbum in toto* Quadrig. *extat, sed ut insulsum mendacium assuitur.* 7. Hoc ex *Conversatione & cibis à Christo cum Pharisæis captis probari. Aperta falsitas & hæc est. Nihil de eo ibi probatur, sed ad argumentum* Calov. ex 2. Joh. v. 10. *de ave hæreticis non dicendo respondetur, Quid de Chro futurum cum Pharisæis etiam comedente, & sic magis ave illis dicente, sic absolutè Johann. verba accipiantur? Ex responso ad alterius argumentum insulsè & contra Logicam probatio ipsius sententiæ colligitur. Ita 7. mendacijs loco veri iste perstrepuit.* Alio die, 25. p. Trin. *simili furiâ actus in* Meth. d. Trin. & Med. relig. *bacchatus, & Magistri sui* Calov. *imposturas secutus est. Quibus hac* Apol. *satisfactum. Unde mendax Erro responsa carpat. Non opus, cum quovis Cerdone singulariter confligari.*

71. Deniq; & ad Svecorum *Edictum super* Quadr. *meo Elbingæ appensum respondere fortè opus foret. Dudum paratum mihi, ex quo de edicto cognitum. Principem tamen Palatinum, Cujus nomine affixum, parum de eo nosse, pro vero accipio. Alios Ejus nomine id ausos Ab initio id mihi ita creditũ: Jam ut compertum narratur. Sistam pro tempore, & commodiori momento responsum servabo. Mea contra improbos Sycoph. defendens Ipsos læsisse non possum. Moderatiùs acturi, si ad pacem adspirent. Ne inexplicabili bello impliciti pacem serò desiderent. DEUS pacis de eo provideat, Cui has publicas comittere æquum est.*

Ad t. 33. p. 31. *Post vocem, largientur,* adde: *Nec si generaliter tale quid increatum dicatur, statim DEUM esse consequetur, Ut* c. l. *visum.*

Ad t. 49. p. 54. *Lege, Ut sit, ab illo habet, ut possit.*

Coeteris erratis veniam, Lector amice, dabis.

H NICOLAI
OPERA.
TOMUS II.